Secundus autē infirmus fuit Bernardus vir multaꝝ occupationū cuiꝰ cōpl'o erat colerica macer z pilosus etatis annoꝝ.40.h̄ ꝓsuetus fuerat pter suas occupatiōes bibere aquā fridā multā z in ea mltū delectabat:h̄ cepit febrire circa finē mēsis septēbris:z eius inuasio fuit post nonā paꝝ:z fuit eiꝰ inuasio simul cū dolore capitis z ventris:ad quē sequuta est egestio colerica:z remotus est dolor ventris:remansit aūt febriēs cū dolore capitis.illo sero nō cenauit:sed tota nocte inquetus vigilauit. Et mane vocat⁹ ad eū vidi vrinā eiꝰ subtilē subcitrinā:z pulsum inueni diuersum manifeste velocē z spissū: tēsio erat in dextro hypocūdrio:z affectabat bibē aquā fridā:iudicaui aūt hūc pati tertianā ꝓtinuā de colera citrina: z illico clistere lenitiuū feci fieri:z illo māne cibaui cū pane loto:z potaui aq̄ frida cū aceto:z sero veniens ad eū in ueni calitatē aliqualiter diminutā:z sitr tēsionē dextri hypocūdrij:z dolor capitis alleuiatus erat.febriēs tñ erat:z sitiēs.sero cibaui eū lactuca z bibit acetū cū aqua frigida: z circa matutinū lenitiuū sumpsit ex.ʒ.ij.māne cū aq̄ ordei: z eūatus est ipm p tres sellas:q̄ꝝ vltima fuit multe citrini tatis:z isto mane in prādio sūpsit de pulla alterata:z bibit acetū cū aq̄ frida vinū.n.nō desiderabat:trāsactis aūt post octō dbus horis.4.dolor capitis excreuit tensio hypocundrij maior redijt z cepit sitire vehemēter:aliqñ etiā aliena/uit:bibit aūt aquā ordei fridā plmā:z veniēs vespe ad eū certificat⁹ sum ipꝫ ꝑdcās feb.patiri.itaq̄ sup frōtē:z timpora illinitionē feci de succo solatri oleo rosar.z aceto pauco: z illa cena nō cenauit:accepit aūt bis de cucurbita ꝓdita:z aliqñ de cōfectiōe sandaloꝝ:z inquietatus est illa nocte donec digestiuū accepit.s.syrupū acetosum simplicē cū aq̄ endiuie:post cuiꝰ sūptionē dormiuit fere vsq̄ ad ortū solis: z excitat⁹ est leuior fact⁹ a calore z ardore. ¶ Et veniēs ad eū aquā ordei ei tribui:z postea clistēr lenitiuū fieri iussi. Inueni aūt eū in pulsu magis ōbito ꝓstratū:q̄pp de pulla alterata ei ōdi:z i potu de vino ōbili bñ liphato:z h̄ et mō cenā accepit:z nocte veniēte meliꝰ quit z digestiuū accepit:z mane suppositoriū fecit qō paꝝ eduxit. Uñ aquā ordei sibi dedi:z añ tertias cibaui eū farre cū lacte amigdalarū dulciū z pauco zucᵒ de q̄ parū accepit:ſz de predcā ꝓfectiōe sandaloꝝ accepit. Aduenīente āt hora nona excreuit calitas:z dolor capitis:z redijt alienatio:z sitis z plīmam aquā ordei bibit:tūc ordinaui q̄ iulep violatū biberet cuz aq̄ frida:z cū pauco aceto:z acetositatē arātij cū zucᵒ mixtā plies accepit:z illo sero cenauit lactucā:z lauit ō sero extrema z faciē cū ꝺcoctōe corticū papauer] lactuce viol'.ros. z nenufaris:z post cenā p horas tres syrupū de papauere sūpsit cū frida:z ista nocte nō tm inqetat⁹ est:pcessit aūt sic feb.vsq̄ ad 7ᵐ. Et ego sitr cū dcō regie.die āt 7ᵒ vrina apparuit citria tēdēs ad sbrubedinē:z magis gssa:calitas tñ magis acuta ē:z dolor z alienatio z sitis z hūit aie sbuersionē.nullā āt hūit eūonē:volui āt in 8ᵒ exhibeī solutiuū:ipe tñ renuit z noluit accipē nisi sub foꝛa pilliarī:z pillulas de reub.Mesue ei tribui q̄s acui cū modico diagredij:z hūit ide.7.sellas vē citrinas.Ueniēte aūt die nona nō fuit addita calitas sic i 7ª:addita tñ ē vltra eā q̄ erat i 8ª.ſz neq̄ dolor capitij ifestauit eū:z a xª die in antea pullā alteratā pista tā tribui:z in xi° die digestiuū iteraui ex syrupo simplici:z ꝓposito mixtis cū emulsiōe seminū frigidoꝝ:z hūc ꝓtinuaui vsq̄ ad 14ᵐ diē:die āt 15° iterato dcās pillas ōdi.z bñ edurāt:z die 16° clistere feci absterſiuū.17ª āt die mltā aq̄ fridā bibit cū magno appetitu:z parūp pᵒ cepit sudare sudore exubeꝛāt:p quē se.sp diminuēdo mltū māifeste pcessit: ita vt 22ª die liber remānit. ¶ Et nō adduco exēpla aliarū spēꝝ ꝓtinuaꝝ nō puraꝝ:q̄ nūq̄ occurrerūt mihi:z puto q̄ ex cola vitellia raro fiat:z ex cola prassina vel eruginosa nūq̄:z si alijs modis fiat viā hēs ex ocis ad curatōez eaꝝ.

De mēbro mouēte febr.

¶ Dixit H.3° de simpli.me.Inuenim⁹ q̄ camomilla remouet se.q̄ sī absq̄ apate in viscerib⁹:z ppe q̄ ex istis se.accidūt ab hūoꝛib⁹ colicis:z a spissitudine cutis. Et sapientes indi viderūt q̄ ipa est medi⁹ na ꝓfortās:z ꝓferēs oīb⁹ febribus:ſz tñ nō verificaī h̄:ſz nō liberat nisi ab illis q̄ dixim⁹: z nō liberat itez ab istis febrib⁹ nisi q̄n̄ administraī iā ꝓfirmata in eis digōne. Uerūtñ ipa ꝓuenit febrib⁹ reliqs alijs oīb⁹ iuuamētū ꝓueniēs.s.febrib⁹ accūtib⁹ a putrefactione colere nigre:z accūtib⁹ a putrefactione flatis z gñatis ab apostematib⁹ in viscerib⁹:nā camomilla in istis feb.et qñ administraī post cōplemētū digōnis ꝓuenit iuuamētū forte valde:z ppillud fcā ē ex reb⁹ vehemētioris sedationis z lenioꝛib⁹ in medicatōe viscez q̄ sunt i posterioꝛib⁹ mirach vētris. Et ostī qdā q̄ h̄ ē exptū:ſz maxīᵉ valeat in senib⁹ z melicis z flaticis z in hyeme:z in regionib⁹ fridis:daī aūt succᵒ ei⁹ de mane p tres dies ꝓtinuos colat⁹ z clarificat⁹ z p mixt⁹ cū zocᵒ z puluere liqritie:z dosis ē ab.ʒ.i.vsq̄ ad.ij. z valet i oīb⁹ febrī.notis:z q̄ modicū hz de succo infundit in lacte amigdalaꝝ dulciū vel aq̄ ordei:z tūc meli⁹ trahit succus:p̄t ēt h̄ fieri de floꝛibus camomille:q̄ꝝ sint ficci si ponant in brodio vel i sero vl'aq̄ ordei vl'endiuie vel alia sili. Et ostī qdā q̄ ꝓfitr valet scolopēdria vel tassus barbatus vel camedreos cum ipsarum alterius datur succus.

¶ De causone in generali:z eius causis. Cap.x.

Causo duplicat sumit.

Causon dī a caumate z repitur sumi dupliciter. Uno mō large pro oi febre in qua est calor fortis z adustio:portat.n. hoc nomē incēdiū:z sic dī de causone propie sumpto:z de tertiana ꝓtinua:z de sinocha inflatiua. Alio mō stricte p febre calida ꝓtra distincta illis.z dī febris incēsiua siue arsiua siue adurēs:febris tñ adurēs etiā vocatur febris ꝓtinua de colera citrina:aut de flāte salso. Dixit enim Gal'.in cōmē.ꝑmi regiminis acutoꝝ:febres adurētes generant⁹ aut ex flāte salso:aut ex colera citrina: sed iste sunt alie a causone ppie sumpto:z a sinocha:de q̄ bus loquēs Auer.7° col.ait.Impossibile est q̄ hoc ex colera naturali gñetur:z est se.intēsi caloris:z pauoꝝ accūtiū:z dī incēsiua. Differūt aūt tales feb.a causone:q̄ non sunt de febribus vere ꝓclusis.Quidā tñ dicūt q̄ tā febris facta a multitudine sanguinis absq̄ putrefactiōe q̄s facta ex inflatione colere absq̄ putrefactione dī causon a multitudine caumatis z incēdij:sed q̄ est ex multitudine sanguinis est talis a multitudine quātitatis caloris:q̄ vero est ex inflāmatione colere est talis a multitudine qualitatis coloris. Differūt etiā in hoc:q̄ causon ex sanguine est febris cōclusa vere z ppe:sed causon ex colera est feb.cōclusa vē sed nō ppie.z iste causon verus z nō ppius.dixit Ga. in cōmē.quarti regiminis acu.est duplex.s.verus z notus.z verus de colera fit:notᵃ aūt de flāte salso.Sitr z Aler.dix.

Causonis due sunt spēs vez: z nō ver. de causis veri.

¶ Scire opꝛ q̄ causonis due sunt spēs q̄s greci fiscon.i. verū:z notū.i.nō vez appellant. Et Aui.dixit. Causon est ꝑm duos modos:est enī causon colerica facta ex colera:z est cā in ea multitudo putrefactionis colere.i.colera multa putrefacta:aut intra venas toti⁹ coꝛporis:aut in venis que sequunt ptes cordis ppie aut in venis ptiū oris stomaci aut epatis.Dixit aūt Aui.propē in venis q̄ sequunt ptes cordis pp venas pulmonis in qb⁹ plīm de cola repit cū pulmo nutriaī ex sanguie colico:sitr z H. vbi.s. voluit q̄ causon q̄ndq̄ fit ꝑm totū corpus q̄ndq̄ ꝑm vnā quādā ptē. Et dixit Rabi aucitate ei⁹ in 5° sciētiaꝝ.i.5° de iteriorib⁹:febres adurētes fiūt ex cā epatis:aut stomaci aut cordis:z pulmonis aut ex cā hūoꝝ colericoꝝ:q̄ putrefiūt:z

spgunt p totū cor.p⁹ ⁊ pueniūt p suā putredinē ad nimiuz calorē sic̄em ebulitiōi. Cerūtn̄ ex corpe toto raro accidit: ſz plūm ex ptib⁹ q̄ sequūt cor: ⁊ aliqn̄ ex ptib⁹ stōi aut epatj. Et Auer. dixit: mā causonis intra venas est: ⁊ maxie circa stōacū: ⁊ epar ꝓsistit. ſ. post cor. Et pp mām ei⁹ maxi⁹ ee cō tētā ꝑm venaz alicui⁹ dcāz ptiū differt a tertiana ꝓtinua in q̄ mā est sparsa in venis toti⁹. Jōqz Serap. ponēs ōdiā iter febrē tertianā ꝓtinuā: ⁊ febrē adurētē. dix̄ tertiana cōtinua fit ex ebulitiōe colere: ⁊ ipsi⁹ inflāmatiōe in oib⁹ instr̄is: ſz febris adurēs fit ex inflāmatiōe ⁊ ebulitiōe ei⁹ in instr̄is q̄ sūt in circuitu cordis. sup. aut oris stōaci vel epatj. Et Uiatī. ait. mā ei⁹ acuta est ignea ⁊ colerica in ꝓcauitate venaz: q̄ sūt cordi vicine coadunata: ⁊ maxi⁹ i venis oris stōaci: ⁊ ꝓcauitates epatj ⁊ pulmonis. ¶ Colera vō q̄ est mā hui⁹ veri causonis ē colꝛa nālis. Aue. tn̄. vt infra appebit vī vel/le q̄ possit fieri a colꝛa prasſina ⁊ eruginosa: qō nō credo: q⁹ nulla eaz est apta multiplicari i ptib⁹ cordi vicinis. aut ori stōaci aut epati sicut est apta in dictis ptib⁹ multiplicari colꝛa nālis. Et si aliqn̄ aliq̄ eaz illuc repiat nō est apta iflā/mari iflāmatiōe causonis sicut colꝛa nālis q̄ calior ē aliqlr illis. Aliq tn̄ dicūt de colera citrina q̄ p̄t in illis ptib⁹ mul tiplicari: ⁊ inflāmari in incēdio ebulitiōis: qō tn̄ raro ꝓtin gere dicūt. Et nō est negāda hec ꝓtingētia. Jōqz dic q̄ si ali qn̄ ꝓtigat eā vel aliā spēm colere inālis dictis ptib⁹ multi/plicari putrefieri: ⁊ iflāmari q̄ causonē gīabit q̄ meli⁹ re/ponet iter causones nō vos. Et volūt q̄ colꝛa nālis nō so/lū putrefcā: ſz ēt nō putrefacta multiplicata in ptib⁹ cordi vicinis possit facere causonē ⁊ h̄ fuit de mēte Jsaac: nam postq̄z in 4° feb. egit de causone postea in p̄n°. 5. dix̄. Dixi mus de acutj mō dicem⁹ de putridis. q̄si dixerit dixim⁹ de nō putridis q̄ sūt acute. Et Gor. dix̄. Aliqn̄ colꝛa peccat rōe sue q̄litatj tn̄: aliqn̄ sue q̄ntitatj tn̄: aliqn̄ rōe vtriusq̄z. Et cū dixit. rōe q̄ntitatj tn̄: reddidit cāz: q⁹ qn̄ multiplicat i q̄nto inflāmat fortiter: cū ipsa sit valde iflāmabil: ⁊ plus qn̄ est in stō ⁊ ēpe vī ppinq̄ cordi. ¶ Et Hirar. sup Uiatico dix̄. Causon vī puenire cū effi⁹: q⁹ magis nocet vehemētia ca/loris q̄z horibilitate putredinis: ⁊ iō ōnominat h̄ feb. ab incēdio: ⁊ nō a putredie: nō tn̄ phibet a putrefactiōe colꝛe fieri: ⁊ hic causon est vera q̄ fit a colera. Jō Almā. ⁊ alij di/xerūt causonē de gīe esse tertiāe. ¶ Causon vō nō vā siue nota. dixit. A. fit a flāte salso iā putrefacto i venis q̄ sequū tur ptes cordis: licut dixit Jpo. in epidimijs: ⁊ volēs Aui. declarare de quo flāte itellexerit: dixit. non fit flā salsum: vt sciuisti nisi cū aquositate flātis cuz colꝛa acuta mixtis. Est ergo colꝛa q̄ putrefit aquositas mixta aq̄sitati plūme. ſ. flātj in qua est pmixtio aquositatis plūme. q̄si voluerit q⁹ colꝛa sit multa: tn̄ facta aquosa ⁊ fluxibilꝛ per flātis aquosi pmi/xtionē. nō ergo voluit q⁹ ab oi flāte salso fiat causon: ſz so/lū illud in quo multū colꝛe est admixtū: ita q⁹ colꝛa eqpollē tiā habeat in eo cū flāte q̄zuis rōne molis flā in eo ōnetur ⁊ q̄zuis h̄ febris sit flātica: q⁹ facta a flāte salso tn̄ de ea iter febres colicas t actaf. Et hoc iō q⁹ lz hec febris fiat a flāte salso: ⁊ vt sic debeat reponi iter febres flāticas: accūtia ei⁹ sunt sic̄ accūtia febris colerice inter febres colericas nomi naf: facit aūt talia accūtia ꝓpter multitudinez colꝛe acute q̄ est in eo: q̄ fortasse in eo q̄ztū ad robur vincit. ¶ Dixit Uiaticus. h̄ feb. duob⁹ diuidit modis, vnus est purus: ⁊ molestissimus q de pura colera rubea incensa ⁊ acuta na/scitur. Alius est nō purus nec adeo molestus ex colera ci/trina vī humiditate mixta fact⁹. sup. q̄ lz sit flā salsum tn̄ ad ōdiam alteri⁹ flātis salsi ōnominauit eū a colꝛa. Et Jsaac dixit sic̄. ⁊ subdit: q⁹ 2ª spēs ei⁹ melius vocaf febris acu/ta absolute. ¶ Dicūt qdā nō fit causon de colera vitellina: lz ipsa sit de cōplone flātis salsi: q⁹ ipsa est grossior eo: ⁊ fu/mi ab ea resoluti sunt grossi nō subtiles pungitiui q̄les sūt q̄ in causone: ⁊ nō pōt fieri a sanguine: q⁹ ei⁹ vapores sunt grossi: ⁊ mulcebres nō pungitiui: ⁊ nō pōt fieri ex melia: q⁹ eius vapores sunt grossi: ipsa ēt sua grossitie repugnat in/flāmari inflāmatione causonis. ¶ Dicūt alij. causon nō ve/rus ꝑm q̄sdā diuidit iter famosum: ⁊ nō famosuz: ⁊ p famo sum intelligūt causonē fcm a flāte salso in cui⁹ pmixtione colꝛa est cū eqpollētia saltē roboris: ⁊ si ñ molis: de quo in telligūt auctores: siue ipsa colera sit pura nālis siue sit ex sanguine gīata: ⁊ siue sit mixta cū sanguie grosso siue cū aq̄so. Et p nō famosuz itelligūt fcm ex colꝛa sanguini pmix ta: colꝛa dñante in cōmixtiōe ꝑm robur: lz nō ꝑm molē: vel affo. 38. q⁹ inter tertianā ꝓtinuā ⁊ causonez nulla est ōdia: q⁹ ambe gīant ex eadē mā: lz sit ōdia inter eas per locū in quo mā ꝓtinet. Dicūt qdā q⁹ intellexit de causone coleri/co. Alij aūt q⁹ ēt de flātico: q⁹ ex flāte salso pōt fieri tertia/na ꝓtinua: sic̄ ⁊ causon: nec erit ōdia int eas nisi p locū māe. ¶ Dixit Hal. causon accidit plūm his qb⁹ in venis corpis multa colꝛa adunaf: ⁊ maxi⁹ his qb⁹ in ꝓcauitate est epatj: ⁊ pulmonis ⁊ in ore stōaci. Jnqt. Jpo. 4° re. acu. Causon fit cū de siccitate venule in estiua hora euulserint ōdigmos ⁊ colicos liquores ad se ipsas: fit ēt ex ambulatiōe: ⁊ siti longa. Et. H. dixit in cōmē. q⁹ per estiuā horā intellexit ca/lidaz ⁊ siccā siue sit in fine veris siue in p̄n° medio vel fine estatis siue i autūni p̄n°: ⁊ p ambulationē ⁊ sitim itellexit oēm aliā cām ꝓcatarticā exiccātē: quecūqz. n. tales calide sunt ⁊ sicce causonē operari p̄nt. Et dixit: se vidisse quosdā occupatos a causone pp potū vini multi puri cū aq̄ mari/na: ⁊ aliquos ꝓpter comestionē ouoz pisciū siccoz: ⁊ car niū siccarū: ⁊ alioz salsoz cibarioz: ⁊ quosdaz ex balneo calefaciēte ⁊ exiccante: ⁊ quosdā ex vigilijs. sup. ⁊ ex vehe menti ira: ⁊ alijs similibus causis. cā est. dixit H. q⁹ venu/le. i. parue vene exiccate euellunt humiditates: ⁊ ad se tra/hūt que in appropinquātib⁹ pa ticulis sunt q̄cūqz fuerint calide causonē faciūt: ⁊ sic causon accidit laboratib⁹ mul/tū vigilantib⁹ iracundis: ⁊ qui artes exercent calefacien/tes ⁊ exiccātes. ¶ Et ex istis patet q⁹ magis accidit in esta te ⁊ regionib⁹ ⁊ ꝓstitutionib⁹ aeris calidis ⁊ siccis. Az. aūt 14ª ꝓbleumatū. ꝓbleumate 3°: dixit. causones. sup. ⁊ alias febres ꝓclusas incensiuas ex humore ardēte ma/gis generari in frigidissima regione. sup. ⁊ hyeme ⁊ ꝓsti/tutiōib⁹ aeris fridissimis magis q̄z in calidissimis. Uñ dñt qdā q⁹ ly maxi⁹: nō tz se in dictis verbis Az. intēsiue: ſz ex tēsiue nā si itēsiue teneret tūc sequeret q⁹ causones plus ⁊ plures fierēt in regionib⁹ ⁊ tpibus frigidis: qō est falsuz ad experiētiā: ⁊ eo max⁹ q⁹ egrit° fit ꝓportionalis: vt mul/tū tpi ⁊ regioni: ſz tenet extēsiue: q⁹ fiunt diuturniores: ⁊ ꝑm quosdā calor causonis extendit in illis ad plēs gdus: ⁊ fit ardētior saltē in pfundo corpis. Et iō dicūt qdā q⁹ lit tera est corrupta: ⁊ vbi dicit maxie oz dici magni. ſ. causo/nes fiūt fridissimis regionib⁹. Et reddēs cām Aristo. dix̄ q⁹ frigus regionis. ſ. ⁊ tēporis repercutit intus caliditatē qua intus fortificata febris reddit fortior cui⁹ ꝓriū acci/dit in regione calida. ¶ Dixit Aui. accidit causon iuueni/bus: ⁊ pueris plūm: q⁹ in eis calidus multiplicatur humor apt⁹ causonē gīare. Juuenib⁹ aūt accidit pluſqz in pueris ⁊ i pueris q̄z in infantib⁹ pp assignatā cām. Et Jpo. qdē 1° affo. in affo. vltra vōbāc etatē ⁊c. dixit q⁹ causon accidit senibus: ⁊ maxi⁹ in p̄n° senectutis existētib⁹: ⁊ dicūt. acci dit in eis pluſqz in iuuenib⁹ ex eo q⁹ virt⁹ iuuenuz fortior est ad resistendū: ⁊ q⁹ adhuc in primis senibus: maxime in p̄n° senectutis multū de colera generaf: ⁊ multū colꝛe in eis reseruaf ex iuuētute. Aui. aūt dixit. parū accidūt seni/bus febres causonides: q⁹ paz est q⁹ in eis gīatur humor sic calidus q⁹ sit cā causonidis ꝓpter frigiditatē cōplexio/nis coz. aliqn̄ tn̄ accidūt eis febres causonides. Et dixit Auer. 7° colli. si queraf quo pōt seni tāta febrilis caūtas aduenire vt causon: rñdemus q⁹ pōt fieri ꝓpter diete in or/dinationē: nā si dieta ꝓueniente vteref impossibile esset: vt talem

Causon non fit a colꝛa vitel lina neq⁹ a sangui/ne.

De cāis causonis nō veri

Causon non fit ex aliis fumis q̄ a flāte salso.

Causon cōuenit cū tertia na ꝓtinua in ma/teria ꝑ/fert in lo co eius.

Causon cōgredi/tur in quibus tpib⁹ tertiana ꝓtinua ꝓ/time gre/dit.

Causon

talem incideret febrē:z tunc ēt cū incōuenienti dieta maxie accidit senibus causon qñ alia particularia ꝓueniūt ad gñationē eius. ¶Dixit Rasis.16.ꝓtinen.febris causonica non fit in hyeme neqꝫ in sene nisi ex vehementi violentia:z ppea in senibus:z tpe frigido.z regione frida eueniēs causon est piculosior si.n.pquirant due febres causonice in vehementia equales iuenit ea que fit in hyeme:z regione frida:z etate senectutis esse deterior:qñ nisi mā eius esset fortior abūdanter non accideret in cōplione frigida:z aere frigido.z iō mala est:qz significat super eminētiā cause:z magnitudinē eius. Dixit.cū causon accidit senibus pereunt:qz non fit in eis nisi a cā forti valde:qñ cōplo senū est frigida. Et peunt ēt qz ipsorum virtutes sunt debiles:z ab incēdio causonis resoluunt. Et dixit. Aluic. causon eueniens ifantibus est leuior qꝫ iuuenibus pp hūditatē ꝓplonis eoꝝ q̄ non finit in eis caloꝛ causonis ad tñ peruenire gradū ad qꝫtū pueni in iuuenibus:qz hūiditas eoꝝ obtūdit caloꝛ z sic plus resistit ꝓsumptioni eius:nō obstante ꝙ causon in iuuenibus sit magis cōformis cōplioni eoꝝ:z ꝙ virtus sit fortior i eis. Si tñ aliquādo alijs agentibus pticularibꝫ in pueris eueniret causon tanti gradus qꝫti est causon in iuuētute:tunc talis causon nō esset in pueris leuior:sꝫ periculosior:qz nō fieret in eis talis nisi a fortissima causa:z qz virtutes eoꝝ sunt debiliores:z est ipsoꝝ humiditas dissolui habilior. ¶Dixit Auer.4°colli.ꝙ peior spērum causonis est.q̄ fit a colerazinaria z prassina:z ipius paroxismus longus est pp iobediētiā hūoris istius ad digōnē recipiendū. Dixit Alex. ꝙ causon a ſtate salso facta deterior est facto a colera : z est hoc veꝝ nō rōne accidentiū : qz accidentia in colerico sunt fortiora:sed rōne lōgitudinis eius:z difficultatis cure. Dixit Aui.oꝫ vt causon sit breuioris spatij qꝫ tertiana ꝓtinua qñ fortiora hꝫ accītia cū qbus virtus nō pōt tanto tpe durare:z ideo est febris vtplīm pperacuta. ¶Dixit Hilib.causon est acutissima pp incensionē colere:z qz vicinat cordi:z qz coarctata est eius putredo in strictissimis venis. Jōqꝫ si a pn°appareāt oīa sig[a] bona vel mala terminabit in p[a] 4[a] vel infra ipsam:z aliqñ extendit vsqꝫ ad 7[m]: hunc aūt non trāscendit nisi in aliā transeat febrē. Nā enim non patit simul morbi plixitatē:z accidentiū fortitudinē. Dixit Haly. z quanto molestior fit:z acutior tanto eius crisis est velocior.ideoqꝫ si eius mā ꝓtinet in locis vicinis cordi tāto breuior reddit alijs. Et verus quidē causon breuior est noto:z cā pꝫ ex dictis. Dixit Aui.crisis causonis est:qz vtplīm cōsumit vomitu aut solutione ventris.s.colericis aut sudore aut fluxu sanguinis. Et Rabi dixit auctoritate Hal.super pūa epidimiarū spāliter accidit crisis in febre adurenti per fluxū sanguinis nariū:qz sanguis ebulit:z ascendit supius z difrūpit venas nariū. ¶De crisi causonis. Dixit Ipo.4° re.acu.si sanguis ex naribus fluxerit : z si sudores euenerit soluit causon:z vt significaret ꝙ decreticis intelligēt subdit cum vinis albis.i.in colore remissis z grossis z lenib⁹ substentibus.s.hypostasibus vel encorimis q̄ sunt signa digestionis pēuntis. Dixit ꝙ si apostema aliqō factū fuerit.i.in aliquo emunctorioꝝ.s.soluit causon. Dixit tñ Hal.in commē.hoc rarissimū est ꝙ causon terminet p apostema. quos dā tñ dixit iudicatos p apostema post aurē. Et subdit Aui. si sine his.i.horum altero soluta fuerit causon reuersio rursus erit egritudinis vel vertebri:aut cruriū doloꝛ cōtingit: z expuet grossa si oꝫ sanus esse.sup.nisi beneficio medicinali euacuata fuerit mā eius p̄dicta. ¶Dixit Ipo.de causone ꝑorde nota aūt dixit tali huic causon non iudicat creticū. i.talis causon non hꝫ crisim nisi sanguis ex naribus fluat: aut nisi apa circa collū fiat.i.in locis emūctorijs cerebri sub auriculis siue sub maxillis vel sputa grossa.i.digesta expuerit vel grossa nō absolute:sed reū eius qō ante expuerat:z intellexit de causone cuius mā in supioribus a diafragmate est ꝓtā:ideo subdit be determinationes fiunt vētre cōsistēte.i.cōstipato. Et similiter dixit:non iudicat creticū nisi vel cruriū vel vertebroꝝ doloꝛ vel pudendoꝝ liuoꝛ cū testiculis tēsis.i.apatis vel tensis pp apa inguinis cui compatiūtur. Et hoc intellexit de causone cuius mā sub diafragmate ꝓtinet nec addidit h vētre cōsistente:qz qñ mā sub diafragmate in nutritiuis ꝓtinet venter pōt esse cōsistens:z non cōsistens ꝑm varias disponēs in fortitudine maxime:z debilitate virtutum epatis. Rabi tñ ex verbo Hal. super 2°epidimiarum dixit.ex humoꝛe acuto adurenti qui febrē generat impossibile est apa sub auribus generari.

¶De signis causonis. Cap.xj.

Signa causonis:signa qdē gñis. dixit Rabi auctoritate Hal.sup 3°epidimiarū vera accidētia febris adurentis sunt duo. s. febris cōtinua q̄ nō recedit nec cessat:z caloꝛ accensus q cū tāgit sensibilē hꝫ ardoꝛē. Et Jsaac addit tertiū:z ē fortitudo z durabilitas z ꝓtinuatio febris. Addunt ēt aliq.z 4[m]:z est vehemētia accidentiū. ¶Et incipiā ab hoc vltio. Dixit de eo Ipo.4°re. acu. Jn causone lingua fit aspera z sicca z nigra valde. Et ō hoc signo.dixit Almā.lingua z labia citrina fiunt:z denigrant:z absqꝫ dubio exasperant. Et Aui.ait ex signis causonis est vehementia accītiū ex aspitate lingue pp exiccationē fortē.z ex siccitate eius in primis:z nigredine eius in 2°. Dixit Hal.in cōmen.predicti verbi. Jpo.lingua sicca fit : qz tota corpis dispositio sicca est:z fit aspera pp nimiā siccitatē : z fit nigra pp superfluā caliditatē:sicut accidit ad solez morantibus qō cutis eoꝝ denigrat:prius tñ citrinat:quia nōdum magnā fecit caliditas vstionē:sꝫ ex ea transit in nigredinē vstione. p̄cedēte. ¶Et sequit Ipo.z ꝑm vētrē morsus z doloꝛ dixit Hili.patiētes causonē stomachi habēt punctionē. Et reddēs causam Hal.in dicto cōmen.ait.mordicatio est ꝑm ventrez pp acredinem eorum q̄ in eum fluunt. ¶Et sequēs Ipo.dixit.z egestiones ex humiditate.dixit Hal.i.sicce nō pp digestionem coadunantē vel ingrossantem : sed pp caliditatem exiccantem. Et sunt dixit Ipo.egestiones ocre.i.palide.s.citrine siue colorate fiunt. Dixit Hal.fiunt colorate ꝑm supabundantem humoꝛē:qz colera sua leuitate mouet mō sursum modo ad circunferentiā:z modo ad intestina. Hoꝛ.tñ dixit fluxus adest ventris qñqꝫ:z aliqñ est retentio egestionum. Dixit Hili.si abundantia colere fuerit qualitatiua cōtinuā habet ventris cōstipationē : si vero q̄titatiua aderit fluxus colericus.vel vomitus colericus vel vtrūqꝫ. ¶Et ꝙ sequens Ipoc.dixit z sitis vehemēs:qō est primū signoꝝ verorum de quo dixit Hal.sitis semp sequit causonē. Et Uiaticus dixit.ꝙ ad est sitis cōtinua. Et Auer.4° colliget.dixit ꝙ sitis fortis ꝓpriū signum est huius febris. Aui. dixit: z vehemētia sitis. Et reddens causam Uiaticus dixit:cum mā eius in venis est oris stomaci:z concauitatis epatis ne cesse est:vt sitis cōfortetur z ꝓtinuet: q̄uis ēt adsit sitis ēt pp spūalia. Dixit Aui.dico ꝙ adest vehemētia sitis nisi adsi tussis parua:sicut dixit Ipo.4°affo.in affo. Quibus plerūqꝫ tusses sicce:z modice ꝓuocare in febribus vrentibus. i.causonicis nō valde sitiens fiunt. Et subdit.A. tussis ista est accidentalis:idest nō a natura:sed a medico ꝓuocata:vt per sumptionē alicuius acetosi vel similiū tussim cōmouentium vel est accidentalis.s.ab hac febre:qz nō est facta a colera calida z sicca mordicatiua qualis est mā huius febris: nam hmōi tussis non affert sitim:sed fit vt dixit Hal.in cōmen.dicti affo.ex quadam humiditate dissoluta descendente ad pres faucum z pulmonis:que humectat partes illas: z ista est que aufert sitim:nam dixit Aui.vī ꝙ vehementia sitis eorū sit propter causam cōplexionis.s.calide z sicce:ergo cū ꝓmouet tussis parua humectat per illō qō currit ad carnes molles faucum:z bene dicit tussis parua: debet.n. pauca esse:qz multa cuz sit motus laboriosus exiccaret partes illas z sic augeret sitim:z nō sedaret:debet ergo ee mo-

Causon

Primus signum.

Secundū signum.

Tertiū signum.

Quartū signum.

dica: vt potius iuuet ꝓuocationē humiditatū in humectā
do pulmonē q̄ꝫ in exiccando eū ꝑ motū. Et dixit Ipo. mo/
dice ꝓuocata: q̄ si esset cū ſternutamēto adderet in ſiti exic/
cādo. Et nō dixit Ipo. nō ſitiunt: nā febricitātes vſtiue ſitiūt
fortiter ſiue tuſſiant ſicce ⁊ modice ſiue nō: ſꝫ dixit non val
de ſitientes fiunt. ſcꝫ reſpectu ipſorum nō tuſſientiū ſicce ⁊
modice: ⁊ ita voluit Hal. in cōmē. Et ſcias q̄ hoc idē face/
ret predicta tuſſis in alijs febribus nō ſic vrentibus. expreſ
ſit aūt Ipoc. de vrentibus: q̄ in eis minus videbat̄ per di/
ctā tuſſim ſedari ſitiꝫ. ¶ Et ſequēs. Ipoc. de dictis accīti/
bus dixit. inſunt vigilie. Et Hor. dixit. ſunt cum inſtātia vi/
giliarum: ⁊ ſimiliter Hilibertus. Dixit Galenus q̄ vigilie
accidunt pp ſiccitatem. Aui. tī dixit. q̄ infantibus aliq̄n eſt
cum ꝓfunditate ſomni pp eleuationē vaporuꝫ ad caput: ⁊
non intellexit ſolum de infantibus: ſed in oibus exīnibus
in etate creſcētie in qua adhuc multū eſt de hūiditate: q̄uiꝫ
quāto ꝓpinquiores ſunt natiuitati tanto frequētius incur
rūt ꝓfunditatē ſomni. Hor. dixit. aliq̄n adeſt ꝓfunditas ſom
ni. ¶ Et ſubdit Ipo. aliq̄n aūt adſunt alienatiōes freneſ. i.
inſipientia. dixit Hor. adeſt eis frenefis. Hili. dixit. hñt deſi
pientiā ⁊ alienationē. ⁊. H. dixit. q̄ deſipientia fit in eis pp
colerā repentē ad caput: ⁊ faciētē in eo cōp'onē malā calaꝫ
⁊ ſiccā. ¶ Et dixit Ipo. i. cauſone ſentiť hoſteocopo. i. oſſiū
fractura vel labor: ⁊ eſt hꝫ ſpēs laſſitudinis vlceroſa ꝓcedēs
a mordicatione hūor ꝺigmiū quoruꝫ aliq̄ pars mittiť ad
extremitates lacertor interior: ⁊ ſunt iuxta oſſa q̄ ſi mitte
rent̄ ad lacertos exteriores q̄ ſunt iuxta cutē cārēt rigore.
Differt quoq̄ hec mēbror ſiue oſſiū fractio ab ea q̄ fit i q̄r
tana ꝑ ſenſationē grauitatis. nā in iſta nō ſentiť grauitas:
ſꝫ in q̄rtana ſic. Dixit. A. i cauſone ē ꝓfractio. i. laſſitudo le
uior q̄ꝫ in alijs. ſ. febri. putridis oib⁹ vel in alijs. ſ. febri. co/
lericis. Eo q̄ hꝫ i cauſone calitas maior veniat ſup ſenſitiua
q̄ꝫ in alijs colericis: venit tī cū vaporib⁹ ſubtilioꝛib⁹ ⁊ pau
cioꝛibus ⁊ citius reſolubilibus. vñ nō ſic ledit ⁊ grauat mē
bra. In tertiana vō cōtinua: hꝫ calitas veniat minor ſup ea:
venit tī cū plīb⁹ vaporibus ⁊ groſſioꝛibus. ¶ Inſup ⁊ oīa
accīdentia ꝺcā euenire in tertiana vā. dixit Al. ſūt cū cauſone:
ſꝫ tī ſūt fortiora. Dixit Ba. ſequunť eā ſitis maxia ⁊ aliena
tio ⁊ anguſtia ⁊ acutio ⁊ ꝓpinqtas ad ꝓditionē. Et Hor. di
xit. ſunt cū inqetudine ⁊ malitia tolerādi: ⁊ multiꝫ pnecabi
libus accīdentib⁹ ſicut ſincopis ⁊ tremor. ſ. cordis. ipe. n. q̄ſq̄
accīt trāſcēdēs mēſurā: ⁊ nā nitiť ad oppoſitū. ſ. ad medio/
critatē. Quidā tī dicūt q̄ nā magiꝫ nitiť ꝓſtringē q̄ꝫ ꝺilata
re. Dixit Hili. moleſtiſſima hꝫ accīdentia ſicut vehemētē dolo
rē capitis: ⁊ frontis ⁊ timporis intī q̄ oculi: ⁊ timpora vi
deanť clauis ꝓtundi: tinnitū auriū citrinitatē faciei rubedi
nē oculoꝝ ⁊ inſtabilitatē ⁊ tremorē corporis: ⁊ tuſſim ſiccā
ex deſiccatiōe pectoris. ſup. ⁊ ex mā hui⁹ feb. collocata i ve
nis pulmonis ⁊ q̄ſq̄ adeſt faſtidiū ⁊ nauſea. dixit Iſaac q̄
iper⁹ ⁊ moleſtatio. ſ. accīdentiū ab ipſo initio cū eo eueniūt pp
acumē māe. Uerūtī in ſtatu morbi fiūt intēſiora. Et Hirar.
dixit ſup viaticū q̄ oīa accīdentia ꝓpria ⁊ iſeparabilia in ſtatu
ſunt vehemētiſſima. ¶ De 1° aūt ſignoꝝ vōr cauſonis ſcie
dū eſt q̄ cauſon fortis ē: ⁊ maioris caloris q̄ꝫ tertiana. ſ. vā
ꝓtinua. dixit Uia. q̄ calor ei⁹ eſt incēſiuus ⁊ moleſtiſſimus
nāe repugnatiu⁹: ⁊ ab ipo initio corruptiu⁹ pp acumē māe
Dixit. H. ſup 3° hūor: ⁊ ponit 16° ꝓtinētis febres q̄ iducūt
faciliť faciē ad diſpōnē tornatilē emittunt quotiēs tāgiť cor
pus fauillas cōbuſtiuas ad manus: ſꝫ debes ꝓlixū facē ta
ctū ad cognoſcēdū vtutē illi⁹. Dixit Aui. calitas ei⁹ in exte
rioꝛibus hꝫ plm nō eſt ita fortis ſicut in iterioꝛib⁹. ⁊ cā eſt.
q̄ de mā ipſi⁹ paꝝ euaporat ad exteriora reſpectu aliaꝝ co
lericaꝝ febriū: ⁊ nō accipias ex hoc q̄ in alijs cūcis febribus
in interioꝛibus ſit maior calitas q̄ꝫ in cauſone: q̄ tā in exte
rioꝛib⁹ q̄ꝫ in interioꝛib⁹ calitas cauſonis ē maior: ſꝫ tī re"ea
liditaſ iteriorꝝ mēbroꝝ calitas exteriorꝝ i cauſone ē minor
q̄ꝫ ſit calitas exteriorꝝ in alijs febri. colicis re" calitatis eaꝝ
in interioꝛib⁹. Et incēdiū q̄dē in cauſone putrido ē maius
q̄ꝫ in nō putrido. ¶ De 3° aūt ſignoꝝ ꝓpriorꝝ cauſonis. dixť
Al. cauſon a corpe nō ſepať. eſt. n. febris vē ꝓtinua. Et aui.
dixit. Inſepabilitas eius. hoc tī ſignū nō eſt ei ꝓpriū: ⁊ ꝓ
ꝓuenit tertiane ꝓtinue: ſꝫ tūc eſt ꝓpriū qñ ē limitatū ⁊ ꝓcīū
p ea ſigna p q̄ differt cauſon a tertiana ꝓtinua. Que ſunt di
xit Hal. q̄ tertiana ꝓtinua differt a cauſone ex mollitie. ſ. ac
cidētiū mitigatiōe caloris quā hꝫ vna die: ⁊ ex fortitudine
⁊ augmētatione eius in die acceſſionis: ⁊ hoc nō ꝓtingit i cau
ſone: ſꝫ ita ſe hꝫ vna die ſicut alia in ſua fortitudine. Et cuꝫ
dixit Alīn. cauſonē vna die fieri validioꝛē reliq̄: ꝑ cauſonez
intellexit tertianā ꝓtinuā. Et in cauſone nō eſt tipus aliqs.
Dixit Al. neq̄ horripilo cū ea accit. Et Auer. dixit. In cau
ſone nō eſt rigor. Et Aui. dixit. eſt in ea occultatio tepoꝝ. i.
remiſſionū febris: ⁊ accītiū: q̄ nunq̄ fit in ea iſta remiſſio
ſicut fit in tertiana ꝓtinua ꝓportionali: in q̄ poſt exacerba
tionē fit tepeſcētia manifeſta. Inueniť alia lra q̄ dicit occul
tatio timpoꝝ. i. ipſoꝝ applanatio: ⁊ ifoſſatio qō ꝓtingit pp
imenſaꝫ calitatē cauſonis exiccantē lacertos timpoꝝ. Et i/
ueniť alia lra que dicit. occultatio tēpoꝝ. ſ. vlium q̄ in iſta
febre occultanť: q̄ nō hꝫ manifeſtā diſtinctionē ſuoꝝ tem/
poꝝ: ſꝫ quaſi vniformiter vī ꝓcedere. Unde Hal. 1° de diff.
fe. innuit cauſonē diſtingui in tres ſpēs ſicut febrē langui/
nis. ſ. in augmaſticā epimaſticam ⁊ homotenā: ⁊ p oēs nō
habebit pp ſuā vehementiam diſtincta tempora: ſꝫ erit aut
tota augmentuꝫ aut tota ſtatus aut tota declinatio: ⁊ hoc
maxime reſpectu tertiane ꝓtinue in qua tempora non oc/
cultanť. Alia littera inueniť que dicit. tipoꝝ: nam nullus
in cauſone manifeſtať tipus ſicut neq̄ tepoꝝ: ⁊ ſi qua appa
ret in ea lenteſcentia eſt ſicut dictū fuit de ſanguinea febre
in auroꝛa. dixit enim Hal. vbi. ſ. q̄ cauſon eſt tāte calitatis
q̄ quaſi a principio vſq̄ ad finē ſeruat vnū modū calitatis.
¶ Dixit Almā. non accidit in ea ſudor niſi q̄ recedit. Et
Aui. dixit. adeſt retentio ſudoris niſi apud criſim. ſ. cū cri/
ſis fit p ſudorē: nā mā eius intra venas ſtans non eſt apta
trāſmitti ante ipſius digeſtionē ad regionē cutis. vnde ꝓue
niat ſudor. ¶ Dixit Hor. in cauſone pulſus eſt velociſſim⁹.
⁊ Hili. dixit: pulſus eſt magnus velox: ⁊ frequēs. Hui. aūt
dixit. pulſus velocitas cū frequētia. Auctores reliq̄runt
notū q̄ pulſus ē velocior ⁊ freq̄ntior q̄ꝫ in tertiana ꝓtinua.
¶ Dixit Ipo. eodē 4° re. acu. Signa cauſonis noti ſunt vē
tris ſubductio. ⁊. H. voluit in cōmē. q̄ hic fluxus nō ſit bu
moralis: ſꝫ aut cibalis ſi mā fuerit in ſtō corrūpēs cibū: aut
kiloſus ſi mā fuerit in epate. Et ſubdit. Ipo. ⁊ ſitis plenitu
do nō q̄dē re" cauſonis vī: ſꝫ tertiane. Et lingua aſpa ⁊ ſicca
ſiť intellige re" tertiane nō re" veri cauſonis. Et eſt ſalſa ⁊ p
ſalſedinē differt a vō cauſone in quo ligua eſt amara: ⁊ ſub
dit: ⁊ vigilia: ⁊ extremitates ſunt iſrigidate. Et de hoc ſigno.
dixit Hal. i cōmē. q̄ hoc accidēs nō ſemp fit. imo ardētes fe
bres extēdunt calorē vſq̄ ad extrema oīa: ſꝫ fit in malitio/
ſis ⁊ piculoſis mortiferis: ⁊ nō fit ēt in eis ex frigiditate poſiti
ua: ſꝫ ex reuocatiōe caloris innati ad intra pp malitiā egri/
tudinis. Et dixit Ha. in dicto cōmē. q̄ accītiā q̄ ſunt vtriq̄
cauſoni cōia in vō ſunt intenſiora. ¶ Dixit Aluic. ſi cauſon
eſt ex toto pura accītia ſunt fortiora ex vigilijs: ⁊ inquietu
dine ⁊ alijs. Et p ex toto purā intellexit q̄ in corpore patie
tis nō fit alius humor abundans hñs remouere acuitatem
colere pure ſiue ille humor ſit putridus faciēs aliā febrē cō
plicatā cū cauſone ſiue nō. vel p ex toto purā intellexit cauſ
ſonē puꝝ de colera pura nāli nō Alia. dixit Aler. nō verus
hꝫ ſitim: ſed non nimiā neq̄ multum intenſam neq̄ migre/
do lingue neq̄ vomitus. depoſitio colerica eſt: ſꝫ magis cor
ruptio: ſꝫ neq̄ in ore vel guſtu eſt aliq̄ amaritudinis ſenſibi
litas: ſꝫ de ſalſedine magis. Dixť Hor. ſi cauſon fuerit de flā/
te ſalſo oīa accītia erūt remiſſiora: ⁊ alia pticularia atteſtā
tur flāti: nā tps ē hyemale: ⁊ dieta flāti ꝓportionalis ꝑcef
ſit ⁊ affligit. 18. horis. ⁊ aliquo mō vī interpolare ſer horas.

Quintuꝫ ſignum.

Sextū ſignum.

Septimū ſignum.

Octauuꝫ ſignum.

Summa accītium cauſonis.

¶De vrina in causone.dixit Rabi auctoritate Hal.sup 3° epidimiaꝝ vrina subtilis q̄ accidit in febre acuta adurenti significat ꝙ in venis exñtiꝫ in epatis gibbositate sunt humores crudi ⁊ multi. Dicunt.vrina in causone pōt appere cruda:⁊ hoc maxie in facto a colera citrina vl flāte salso ex ipsa mā que est subiectū febris:⁊ in facto a colera pura ꝑt vrina apparere cruda ex crapula nouella vel alia mā posita circa epar:⁊ vias vrinales que nō est subiectū febris.Dixit Hor.vrina est rubea ⁊ subtilis.Hilibertus aūt dixit: vrina est rubicūda tenuis:⁊ est incensa valde lucens ⁊ scintillans vt ignis.Et qñq̄ ex nimio incēdio viret in supiori pte:⁊ interdū nigrefit.Et Guilelmus dixit. vrina est acuta rubea ⁊ apta.i.ruffa.¶Dixit Hozd.vrina qñq̄ multipliciter diuersificat:qz aliqñ est in ꝑn° cruda pp multitudinē opiłonis:⁊ aliqñ est tincta pp resolutioné colere:⁊ aliqñ liuens turbida pp multitudinē opiłonis ⁊ putrefactionis.Dicunt itez qdā ꝙ vrina rubicunda ignea subtilis liuens superius causone de colera significat:si aūt fuerit nō sic subtilis: ſz rubicunda absq̄ igneitate causonē de sanguine.ſ.coleric o significat:idest ō colera mixta sanguini:si aūt fuerit ruffa: ⁊ magis grossa liuida supius causonē de flāte salso significat:recipit.n.vrina hec ruffedinē a colera ⁊ grossitiē a flāte.¶Inquit.S.in cōmēto supradicto patientes causonē ꝓz ventrē ⁊ epar.i.pp mām contentā in stō vel epate habēt velut ostena:idest oscenalarem.ſcz incendiū forte in dictis partibus: ſz qui ꝑm pulmonē patiuntur eā que sunt dicta de accidēti bus ꝑm linguā:⁊ desipiētiā habent magis q̄ illi:⁊ habent dispniā.spissum.n.⁊ magnū habēt banelituz: ⁊ essuffiant ꝺtinue aperientes os:qz ostena habent circa cor ⁊ pulmonē:⁊ caliditas regionis cordis valde incendiū augmētant ⁊ caloris nocumentum.dicunt quidā.mā ente in epate vel stomaco incendiū forte fit:fortius vero ea existente in pulmone:fortissimū vero ea existente circa cor.¶Dixit Alex. ſi patientes causonē habent berisipilam.idest mām aptam facere erisipillā:⁊ multo plus eam faciēte nimium sitiunt: ⁊ magis banelitū spissum nimium:⁊ maiorē trabūt: ⁊ mala rubea habent:⁊ linguam ad loquendū stitatam:⁊ alienant:⁊ magis aerem frigidū deliderant: ⁊ quāplurimum inde iuuantur q̄z ex frigide aque potatione.Aqua enim frigida magis iuuat qui hūt in alio aliquo loco berisipilam. ¶Dixit Rabi auctoritate Ha.sup 3° epidimiaruz.varietas vomitus q̄ accidit in febre acuta adurēte signāt ꝙ in venis q̄ sunt in cte intestinis:⁊ lateri ꝺcauo epatis sī hūores crudi. ¶Quinto dinamidiaꝝ dī ꝙ causoniçātes aliqñ fiunt surdi aliqñ muti.¶Dixit Isaac.signa spem salutis in causone ondentia sunt vtutū ⁊ sensuuz infirmi bonitas corꝺis leuitas:⁊ calor febris in toto corꝺore eālis spūs nō ipeditus ⁊ bonitas appetitus.¶Dixit Ꝺpo.4ª affo.A causone habito rigore supueniente solutio fit causonis dixit.S. in cōmē.huius ꝙ huius affo.sensus est ꝙ rigore supueniēte patiēti causonē fit curatio causonis:⁊ ꝫ ideo:qz ꝑ motū ꝺcussiuū rigoris abiicit mā causonis: aut ió qz signāt rigor ꝙ mā causonis trāsit ad extra venas q̄ tandē mouebit ꝑ eūo nē:nā ſz aliqñ huius rigoris cām nō insensibilr resoluat:ꝓz ptin tū ꝺsequit eūeūo manifesta:qz ꝓz plz fit sudor:⁊ maxe bñ ꝑcepto rigore ꝑm totū corꝓus:qz tunc cōꝑhēdit māz in toto ꝑ totū esse diffusam.deinde aūt seqnt ad rigorē vomit⁹ vel flux⁹ vētris nā potēte pellē mām rigoris ad ipsas regiones:⁊ sic exꝑāt affo.curat causonē.i.signāt causonē curari:⁊ ꝺficat nō de oi rigore:ſz de supueniēte in die creti ca post signa digōnis:dixit Rasis 16° ptiñ.Rigor in causone post digōnē signāt crisim bonā.In ꝑn° aūt añ digōnem malus est:qñ oia signa crisis nō pūt appere in ꝑn°.Et ad ꝫ significādū notāter.dixit Ꝺpoc.rigor supueniēs.¶Et sciaꝫ ꝙ rigor in causone plus euenit q̄z in tertiana ꝺtinua:qz mā tertiane ꝺtinue in venis amplis ⁊ magnis ꝺtēta est:⁊ sparsa ad multas venas:⁊ cū hoc grossior mā causonis.vñ a nā non sic expellit ad extra venaꝫ sup sensibilia mēbra:⁊ max cū nō sic irritet expulsiuā ad expellēdū sicut illa.¶Inquit Ꝺpo.6°affo.Quibuscūq̄ in causone rigores fiunt alienatio soluit quē affo.Gal.in cōmento dixit.nō esse Ꝺpocratis: qz Ꝺpo.ꝺsueuit qñ dicit:ex aliquo accidēte solui egritudinem ꝑexistentē intelligere salutē perfectā:modo certum est ꝙ si mā causonis permutat ad neruos ꝙ tremores sequūtur:⁊ ad neruos cōpatit cerebꝝ eoꝝ fundamētū:⁊ sic sequit alienatio.i.frenelis:ſz alienatio nō est min⁹ piculosa passio q̄z causon:ió q̄z non vr affo.Ꝺpo.Aui.aūt hunc ponens affo. ait.Ꝺpo.dixit.ꝙ si alicui accidit i febre causone tremor:tūc permixtio mentis soluit ab eo tremore.Oribasius vero in sua translatione hz hunc affo.ꝙ tremor soluit alienationē ⁊ Aui.verificat eū ꝓz itētionē suā.⁊ etiaz ꝑm intentionez oribasij.ꝑm intentionē suam sic.possibile est ꝙ aliquis ꝑp superfluam humiditatē cerebri patiat mēbroꝝ suorum aliquorū tremorē:⁊ postea patiatur causonem:⁊ ꝙ ex causone multi vapores calidi ascēdant ad cerebrū:⁊ faciant permixtionē mentis:⁊ cū hoc exiccent humiditatē cerebri causam illius tremoris:⁊ sic alienatio soluat tremorē.i.signuz sit ꝙ tremor soluat. Et intellexit de tremore q est passio neruoꝝ:⁊ nō de ꝺsequēte ad expulsionē ⁊ motū māe mordicatiue sup sensibilia mēbra:q̄z uis ēt ꝑm Auicēnā: qui posuit hunc affo.2ª tertij:possit verificari de hoc tremore ꝺsequēte mordicationē māe:⁊ motū eius sup sensibilia:vt sit sensus.Alienatio soluit causonē in quo sunt tremores:idest signū cure.nā qñ in causone sunt tremores tunc mā q̄ erat in vasis pulsa ad mēbra sensibilia causat tremores.signū aute expulsionis māe:⁊ per ꝺns perfecte cure causonis est:vt cō sequat alienatio:qz significat ꝙ mēbra neruosa intm̄ receperunt mām causonis que sua mordicāte effumatione est potēs facere alienationē ꝙ amplius de mā nō remālit in vasis:vñ sequit causonis cura.Et in vtroq̄ sensu .A.intellexit de alienatione leui nō de ꝺfirmata de qua intellexit.S. cū dānauit affo.Scōm vero intētionē Oribasij verificat eū sic:vt sit in causone alienatio mentis q̄ resoluat ꝑ tremores qz māe q̄ ascēdebāt ad cerebrū: ⁊ faciebāt alienationē expellunt ad mēbra sensibilia:vñ accidit tremor.i.rigor:⁊ sic diuertit qō ascēderat ad caput:⁊ ꝓhibet ne iterū fiat ascensus:vñ soluit alienatio.dicunt.non ꝺdicunt sibi sapientes ꝓdicti:nā vt appet diuersimode intellexerunt.de tremore ⁊ alienatione.Gal.nāq̄ intellexit de tremore ⁊ alienatiōe q̄ sequunt ad mordicationē māe causonis q̄ ascendit ad cerebrū ⁊ mordicando facit tremorē:⁊ apostemādo facit alienationē.Aui.aūt intellexit de tremore mēbroꝝ ex humiditate cerebri:⁊ de alienatione facta ab humoribus siccis ⁊ acutis:⁊ Oribasius intellexit de tremore qui est rigor:⁊ de alienatione sicut Aui.¶Dixit Passionarius.signa in causonibus pernitiosis:vt dixit Gal.in cōmē.epidimiaꝝ sup. §.vniuersa q̄ hic dicunt ⁊c. fiunt sinthōmata ꝓz ꝓncipia.ſ. supigebāt vigiles fastidiosi fiticuloſi supsudantes circa frōtē:⁊ claues ⁊ istis nō minus vine nigre ⁊ subtiles ⁊ pauce fientes tanq̄ aduſto colerico hūore.¶Inqt Rabi auctoritate Gal.sup prio epidimiaꝝ.In febre acuta adurēti decurrit ad stomacū supfluitas calida ⁊ acuta q̄ cū non gñat sitiz ꝫ presignis malis alijs est signū malū:significat enim ꝙ virtus sensitiua q̄ est in stō iam destructa est:⁊ pempta.¶Dixit.S.io°.tera.si cōtingit frido exñte aere forte causonē habere laborante pauca in ea spes salutis hūda est. Et silr in frigida sup.ꝺplone etate ⁊ regione.Si vero nō digōnis signa neq̄ vrtute forte hre videat saluari hunc ipse ē.¶Dixit Rasis 16° ptiñ. frigiditas extremitatū in causone peior est alijs signis:⁊ significantior sup perditionē:⁊ tñ viriditas eaꝝ:⁊ liuiditas augent malitiā significādo sup mortificationē ipsaꝝ ꝑfecte:ad q̄s non reuertet amodo nā.Et.d. Rab.ibidē.In causone valde repēte si accidat rubedo in facie ⁊ oculis cū ponderoso elogo ⁊ horribili mortē dabit i

ipso die. ¶ Dixit Cōstantin⁹. 3° pātegni. rigor in initio mor bi. gutte sanguis p nares fluētis max⁹ in scō a die. singultus dolor in viscerib⁹ ꝫ oīa in causone mortis nunciant timorē ⁊ sudor frigidus si i 4° die appeat aut lōgitudinē aut mortē in die 6° signāt. Et dixit: vbi in sanguīe exit sanguis p nares nō est rigor. ⁊ vbi ē rigor nō exit sanguis p nares. Et cā hu ius ē. dixit Isaac: q; sanguis ex narib⁹ exiens signāt colerā q̄ est mā feb. eē intra venas cū sanguine mixtā. rigor vero signāt mām extra vasa mēbris sensibilibus vicinā. Si tñ ali qñ fiāt ptingat i causone. dixit Isaac malū ꝓnūciabis: signāt enīz colerā q̄ est mā febris fiāt in interioribus vasoꝝ ⁊ exte rioribus: ⁊ sic toti corpi oñari. ¶ Dixit. A. causon i pueris est leuior pp hūiditatē eoꝝ q̄ obtundit calorē eius: ⁊ resistit ipsius ꝓsumptioni qñ tñ causon accit infantibus abhorrēt mamillā: ⁊ nō recipiūt eā: ⁊ corrūpit in stōacis eoꝝ lac. qō sugunt ⁊ acetat. Scias tñ q; lac in stōacis eoꝝ ꝑm plz ꝙuer tit ad fumositaz. ⁊ maxie cū parū accipiūt: ꝫ tñ qñqz ad ace tositaz: ⁊ h̄ ē in ifantib⁹ hñtib⁹ nāl̄r stōacū fridū ⁊ hūidū: nā pp friditatē ⁊ hūiditatē eoꝝ cōpl'onalē: ⁊ etatiuā ꝙuertitur in eis lac ad acetositaz. Dixit Hor. si icteritia i causone accide rit ante 7^m die deo cōmēdādus est eger. ꝯ. dinamidiarū scri bit. ante q̄z hec febris fiat dolor sentit: ⁊ capitis grauitas: ⁊ i bucio ipso dolor auriū ipse cū forti ictu ⁊ tremore ꝓficit

¶ De cura causonis ⁊ est capitulū vltimū. Cap. xij.

DIxit Uia. Cum hanc febrē molestissimā ti mor comitet ab initio eius vsqz ad fi nē: opz vt a ꝑn° nō negligat: ꝫ studeat medic⁹ vt eius q̄ttuor tpa pfecte intelligat. ſ. distincta ꝑm alterationē māe q̄ bñ cognosci pñt p sig⁹ cruditatis digónis vel eius ꝓprij tpa aūt distincta ꝑm accūtia nō facil'r cognoscunt: vt supius dcm̄ est. Et h̄ dixit ipse: vt in vnoquoqz operet sicut opz. Et. n. dixit Hirar. super eo. h̄ morbus iducias ad curādū nō expectat. ¶ In hui⁹ ergo fe. curatiōe. dixit Al. tali egemus regimine q̄li in tertiana dixi mus. Est tñ in ea plus studēdū ⁊ diligentior cura adhiben da' ꝫ q; est fortior illa: ⁊ maiorīs incēdij. Et Aui. dixit. cu ra causonis est cura tertiane pure: ⁊ maxie ꝓtinue: ⁊ itelle xit de causone vō: q; nō veri cura ē similis cure tertiane nō pure. Itaqz fiē tertiane cura dieta ꝓplet ⁊ potiōe: sil'r ⁊ cau sonis cura Totū ergo regimē in vtroqz causone ad fridius ⁊ hūidius vti oz q̄z i tertiana ꝓtinua illi spēi causonis ꝓsili. Et oz q; vsus cordialiū fridoꝝ in causone plus iterueniat q̄z in tertiana pura. ¶ Deuitēt itaqz causonē patiētes aeris calitatē ⁊ siccitatē ⁊ lumiositatē radios solis: ⁊ ignē ⁊ lumi nariū vt cādelaꝝ ⁊ boiuz pñtiā irā furorē ⁊ rixā ⁊ murmur nō sit apud eos neqz strepitus aut aliud qō diuertat nāz ad extrinseca: ⁊ occupatiōes vt sit nā tota intenta morbo ⁊ cāe eius. Et deuitēt oēm motū ⁊ laborē ⁊ loquutionē ⁊ oēz fri cationē aspam: ⁊ oē balneū calefaciēs: imo ⁊ qōcūqz aliud aū declinationē. Uñ Gal. ait in ꝯmē. vltio tertij ꝓnostico ꝝ. Balneū non ꝓuenit in causone in quo adhuc est aliq̄ repl'o: ⁊ max⁹ si approximet: vt mām resoluat: ⁊ deuitēt vigilias ꝑ posse: ⁊ aspicere varias figuras ⁊ formas. Dixit Ipo. 4° re. acu. salitū nihil oz offerri neqz drigme: ideſt acutū. sup. nō solū in cibo ⁊ potu: ꝫ in medicina tā alteratiua q̄z soluti ua: qñ eoꝝ caliditas auget discrasiā causonis. Et q; non maxie ꝑ solutione fienda debeant acuta dari' reddēs causaz Ipo. dixit. non enim subducit: nā salsa ⁊ drigma lz soluant ventres cōstipatos per paucitatē sensus intestinoꝝ vel pp mām viscosam inuiscantē: ⁊ adherere facientē feces nō ta mē soluunt eos quoruz ventres constipati sunt ex siccitate quales sunt in causone: cū in eo accidat egestionū retētio. ¶ Deuitentqz carnes: ⁊ forbilia ⁊ vinū ⁊ oēm dietam gros sam ⁊ mediocrem etiam: imo ⁊ post subtilē: eam scilicet q̄ medie appropinquat: nisi infirmi virtus aut alia necessitas te cogat grassam dietā dare. imo dixit Uiaticus custodiaſ ne detur cibus q̄to plus poterimus cū febris augmenteſ nisi necitate maxima cogamur. ¶ Dixit aūt Rasis 16° cōti nentis frīdus aer nō est nociuus febri causonice: ꝫ cōferēs qñ si accidit in febre causonica in dispositione subiecta cali ditati aeris. deinde aer cōmutaſ vehementer ad frigidioꝝ eā cōferit: ⁊ exinde patiens suscipit iuuamentū: qñ tunc cō iunctio vtriusqz cause significat super incensionē morbi pri mo: q; febris nō accidit in aere frigiditatis multe. alias. vl time nisi qñ causa ei⁹ erit in vltima fortitudine. 2°: q; noce bit ad modū medicaminis ⁊ cure eligaſ ergo aer frigidus: ⁊ studeaſ vt frigidioꝝ fiat: ⁊ humidioꝝ ꝓtinue ꝓ posse cuz infusionibus aquaruz ⁊ instilationibus eaꝝ ⁊ irrorationi bus ⁊ appositionibus ramoꝝ foliorum ⁊ floꝝ ⁊ herbaꝝ frigidarū: ⁊ maxime si mā causonis est in spiritualibus: nā tunc gaudent ⁊ letantur ⁊ iuuantur plus per attractionem aeris frigidi q̄z per potū aq̄ frigide cuius oppositū est qñ mā cōtinetur in ore stomaci aut epate: ⁊ hoc in vero causo ne: non aūt tanta frigiditas aeris requireret in non vero. Quiescant aūt in animo: ⁊ letent cum larga spe q̄ est ꝑia via salutis. dormiant aūt ꝓ posse nisi causon sit valde de illis in quibus accidit ꝑfunditas somni: in qbus prohibet somnus ⁊ amantur vigilie. Et silr qescat ab oi motu: ⁊ fri catione sicca. ¶ De balneo. dr 5° dinamidiaꝝ patientes cau sonem verum lauacrum. i. balneuz intrent: ꝫ nō descendāt in soliū nec diutius morent in eo. dixit Alex. curare opz q causonem habent: ⁊ nimio consumunt ardore habere i do mo tinam tepidam habentē aquā multā: vt oino totuz cor pus egrotantis operiat: ⁊ totus sub aq̄ sit positus. ſ. capite excepto: ⁊ ibidē fomentetur: ⁊ nil diaforeticum aliud hēat aqua: sed ipsa sola sit in tina que eam largius teneat vbi de ponēdus est eger. Aui. aūt dixit. cū declinat egritudo ma nifeste: q;. ſ. declinatione ꝓcedente: ⁊ quasi ad finem venien te: tunc nō est malū vti balneo cuius aq̄ declinet ad frigus. ⁊ subdit. illi qbus diligitur magis balneuz ex eis sunt quo rum fe. est ex flāte salso: ⁊ sic apparet q;. A. voluerit q; bal neū in dicto tpe cū ferat i vtroqz causone: ⁊ vō ⁊ noto. Bal neum tñ fieri pōt ad duas intētiones: vna ad alterandū reli quas caloris q̄ remanserunt: ⁊ ad hanc itētionē magis ꝙue nit in vō q̄z in noto. 2ª est ad resoluēdū reliquas humoꝝ que remanserunt: ⁊ ad hāc itētionē magis cōuenit in noto q̄z i vero. Et in hac intētione nō oz balneū declinare ad frigus positiuū: ꝫ ad remisse calidū siue tepidū: vt leniter resoluat ⁊ nō calefaciat. ꝑ vtraqz tñ intentione in vtroqz causone ꝑt fieri: ꝫ cū fit gratia alterationis lz magis ꝙueniat in vero q̄z in noto: tñ patientes notum faciliter sustinēt illud: ⁊ me lius defendunt se a frigore balnei q; minus extenuati sunt q̄z patientes verum. Extenuati aūt a balneo frigido ꝓhi bentur. 10. tertia. q; frigiditas balnei eorum mēbra intrinse ca faciliter ledit. ¶ Et in genere regimen patientiuz febres acutas dictū supra potissime cōuenit in causone. In specia li tamē Ipo. 4° re. acu. dixit. sorbitionē ante crisim nec in crisi donec extra crisim dies facta fuerit ne si virtus tolerat vt dixit Gal. in cōmē. si vero nō toleraret conueniens est ci bum ante crisim dare. Ipo. aūt loquutus fuit maxie i cau sone perperacuta terminatura in ꝓpia 4ª. ¶ Dixit Constā tinus 3° pantegni. si in ꝑma quarta terminaſ negeſ ei cib⁹ nisi cōtrariuz petens cibum aliquod ei accidat sicut pueri tia cōplexio colerica infirmi pororum raritas: ⁊ sicut ꝙue tudo multum comedēdi: nā in his: ⁊ eis qui facile dissol uuntur non opz cibum ꝓhibere multū omni tēpore. Di cit Uiaticus. dieta subtilis ē bis familiaris. ¶ Dixit Aui. ⁊ indiget subtiliatione ⁊ regimine vehementioꝝ. ſ. in subti litate q̄z patientes tertianam. morbus. n. iste breuior est: ⁊ natura magis occupata circa eum: ⁊ eius causam: ⁊ accidē tia plura ⁊ maiora ideoqz subtilioꝝ in eo debemus vti die ta: vnde dr 5° dīamidiaꝝ de escis nisi ptisanum manducent. ¶ Dixit Uiaticus. nutriamus ipsum ptisana aut mica pa nis bis vel ter lota cū zuccaro: ⁊ si sitiunt aqua detur cum

De regimine per sex res nō naturales

De balneo.

De cibo et potu.

¶ Et notãt quidaz q; crisis põt in vtroq; iudicio. ſ. ciuili z medicinali importare pugnã actoris z rei: vt sor. z platõis: siue mãe z morbi: sic tñ q; post pugnã imediate ferat iudicium de victoria alterius sup alterꝝ: z põt ipoꝛtare id q̃ iudicatũ ẽ. ſ. victoriã alterius pugnãtiũ q̃ sciri põt p separatio nẽ vnius ab altero. Sunt aũt nã z morbus sicut duo pugiles inuicez preliantes. Et ideo. A. vbi supra dixit. q; declinatio. al's. declo huius rei est q; egritudo est sicut inimicus exterior ciuitati: z nã est sicut dñs ꝓseruans eã. Inter quos ambos iam ocurrunt rixe leues de quibus non curatur: z iam fit inter vtroſq; vehemens pugna: quare accidunt tũc ex signis vehemẽtie pugne dispões z cãe: sicut impulsio fortis: z sicut rugitus z clamor: z sicut cursus sanguis: deinde fit separatio in tpe non sensate q̃titatis: z quasi in momento vno: aut vt vincat dñs exterior ez aut vincat inimicus exterior regem. ¶ Et nomen quidem crisis reperit sumptum ab auctoribus medicine aliqñ multuz large z impzopzie p quacunq; separatione cuiuscunq; morbi a nã siue fit ista separatio paulatim siue subita. z sic sumptum potest competere omni morbo: z simplici z composito z in quacũq; fiat nã. Et isto modo aliqñ abusiue reperietur dictum in ethica fe. crisim fieri. i. dissolui ethicam a patiente corpore. Et aliquando reperitur sumptum minus large z minus impzopzie: z sic sumptum competit solum morbis mãlibus: tam cronicis q̃z acutis qui per materie eũonem siue sensibilem siue insensibilem terminantur: z siue subito siue paulatine iudicentnr. sunt enim dixit Auer. 4° col. egritudines quedam que habent dissolutionem humoris sine eũone manifesta: z quedam sunt que habent eũonem manifestam. Et Aui. vbi supra dixit: omnis egritudo que remouetur: aut remouetur ſm semitam crisis. i. manifeste eũonis: aut ſm semitam resolutionis: ita q; resoluatur materia paulatim: donec consumatur gradatim. Et hoc quidem plurimuz fit in egritudinibus cronicis z materijs frigidis quas signa timoroſa: z motus praui non antecedunt. Et aliquando reperitur sumptum pzopzie siue stricte: z sic sumptum competit egritudinibus materialibus: quaruz crisis appzopziatur motui lũe: siue sint acute siue sint cronice: acute siue sint tales absolute que terminantur in. 14. diebus: siue sint acute conuerse que iudicantur post. 14. diem vsq; ad 4^om^. Cronice sicut sunt ille que iudicantur a. 48. die vsq; ad. 120^m^. qui constituunt quatuor menses a principio ipsaruz: oum modo dicte egritudines sint ex eis que terminãtur per euacuationem manifestam. Item aliquando reperitur sumptum nomen crisis pzopzijssime z strictissime: z sic sumptum solum adaptatur egritudinibus q̃ p velocẽ motuz: z subitã eũonez terminant pfecte vel impfecte. z hec sunt q̃z materia ẽ calida z subtilis fluida mobilis z agitabilis red-

Nomen crisis sumptum potest quatuor modis.

dens eas magnas ⁊ fortes ⁊ periculosas tamen breues ad statum properantes: quales sunt acute absolute. Et secundum aliquos etiam que terminantur in primo periodo: ⁊ secundum alios etiam que terminantur in secundo periodo cuius finis est .4. dies. talis enim crisis est que ꝓprie consideratur ab auctoribus cum absolute de crisi loquuntur: ⁊ attenditur ab eis proprie in febri. malibus cõtinuis de mã dicta: ⁊ similiter in operationibus de dicta mã: que sunt. ſ. velocis motus: vt carabito squinantia pleuresi: ⁊ similibus: maxime cum ad exituram tendunt. Et secundum quosdam potest attendi in interpolatis de dicta mã propter causam antecendentem. quarũ mã antecedẽs intra venas reperitur. ¶ Dixit Gal. secundo de crisi: ⁊ scribitur a Rabi. in. xi^{a} particula suoꝝ affo. sic. Cessatio egritudinis furiose fit cum labore: ⁊ hic labor est proprie quẽ nominamus crisim: ⁊ non est ꝓprie nisi feb. que gñatur ex chimis acutis: deinde post hanc est fe. que generatur ex apatib^{9} acutis velocis motus vel apatibus que sunt in membris de quibus dubitatur. Et dixit tertio de crisi: vt a Rabi ibidem scribitur. cum egritudo est magna ⁊ fortis eius cessatio est cum crisi: sed quando est parua ⁊ debilis: eius cessatio ẽ sine crisi: Et Au. vbi. ſ. dixit. ꝙ maior pars crisium reperitur in egritudibus acutis que finiuntur tpe breui. ¶ Ex dictis patet ꝙ crisis vt supra sumpta nõ cõpetit morbis malitie complionis pure neq; morbis vt apatibus: ⁊ hoc nisi cum dictis morbis coniungatur mã expellenda in crisi. Si enim cum eis talis mã coniuncta reperiatur debet in eis considerari crisis. sicut. ver. g. de morbis vnitatis in fractura cranei ꝓsiderantur dies indicatiui crerici: v. g. in morbis cõpositionalibus: ⁊ in opilionibus. Et nisi apata sint de eis que dicta sunt supra: ⁊ qdã dicunt ꝙ crisis potest cõsiderari in lumbricis ⁊ vermibus: dum sunt sic stimulantes virtutẽ vt cretice expellãtur. Et dicunt alij ꝙ ét in accũtibus feb. malibus potest consideri crisis.

¶ De diffinitione crisis. Capitu. ij.

RStautem crisis. dixit. H. 2°. affo. in cõmẽ. affo. Quibuscũq; crisis fit. ⁊c. vehemẽs ⁊ velox motus nãe ꝑ morbũ ꝙ quẽ ifirmus mouet ad salutẽ vel ad mortẽ. Et 2° de crisi. dixit. ꝙ crisis ẽ furiosa consumptio egritudis. i. subite facta i qua aduenit magnus labor ⁊ anxietas infirmo. Et itẽ ꝙ dixit. solutiones crisiũ que fiunt cũ certamine magno ⁊ acuto reptabili maxie nominant crises. Est. n. acuta. i. velox morbi reptatio ad salutem vel ad mortẽ. vñ Hal. theorice. 19° dixit: ingt. H. crisis est mutatio velox que i infirmo cũ accidentiũ fit difficultate. Et Cõstãtinus dixit. ꝙ crisis ꝑm. H. nihil aliud est q̃ mutatio velox supueniens morbo ꝓp duritiẽ accidentiũ ⁊ infirmi roborã mẽtũ ducens ad mortẽ vel ad vitã. Et. A. dixit. 2^{a} q̃rti. crisis est alteratio que fit subito: aut ad latus sanitatis aut ad latus mortis. ¶ Pro declaratiõe aũt diffinitiõis ꝓdicte data ea Ga. de crisi oꝝ sciri ꝙ crisis hꝫ tres ptes. ꝑmã i qua nã mãm morbi separat: ⁊ cõmouet diuidẽdo nociuũ a iuuanti: ⁊ determinãdo nociuũ vsus loca expulsionis eius ad extra corpus vl deriuãdo ipm vsus aliqd vl aliq mẽbrorũ corporis viliũ. Scõam vo ptẽ i q̃ eũat: ⁊ eẽ corpus expellit ipm nociuũ qõ iã sepatũ est ⁊ directũ vsq; ad loca expulsionis: vel in qua nociuũ sepatũ ab aliq vel aliqbus mẽbris vilibus situat ad que directũ fuit. Tertiã vo ptẽ hꝫ que est subita aduenies alteratio ad salutẽ vel ad mortẽ: qñ ergo. H. ꝑmo de crisi dixit. duo ꝓsideramus i crisi. ſ. cõmotionẽ ptẽdẽtẽ alterationẽ: ⁊ ipsam alterationẽ sub cõmotione cõprehendit ét nociuã euacuationẽ vel ipsius subtractionẽ i mẽbro ignobili: nã ista duo. ſ. nociui cõmotio ⁊ eius sepatio ⁊ ipsius eũatio vel i loco vili situatio ꝓcedunt alteratiõẽ q̃ fit subito ad salutẽ vl ad mortẽ. ¶ Dixit Ra. 19°. ꝓti. mutatio seu cõmotio est qñ hũor gñans morbũ mutat de vno loco ad aliũ q̃ si nõ egredit ex corpe trãsit in apa vl pustulas. ¶ Et cũ Aui. dixit. crisis est alteratio ⁊c. sub alteratione cõprehẽdit nociue mãe cõmotionẽ: ⁊ eius euacuationẽ siue deriuationẽ ad alia. ¶ Et cũ auctores dixerunt: ꝙ crisis est motus intellexerũt ꝙ sit motus cõpositus ex motu locali ⁊ motu alterationis. locali qdẽ nõ morbi: sed mãe eius. nõ. n. morbo cõpetit moueri localiter: sed solum mãe eius. cũ ꝙ dicũt ꝙ est motus morbi morbũ ꝑ eius mã sum pserunt. Et ꝓtinet iste motus localis totũ tps in quo nã cõplet duas dictas crisis ptes. ſ. nociui ꝓmotionẽ ⁊ separationẽ ⁊ eũationẽ eius seu ipsius in loco ignobili situationem. Motu vero alterationis nõ qdẽ ꝓprie morbi. sed corporis patientis morbũ: ipsum. n. est qõ alteraf bñ vel male. Cum aũt dicit ꝙ est motus morbi: ipropria loquutio est. licet ei adaptari possit motus alterationis: ⁊ ꝓtinet iste motus totũ tps: in quo post motũ localẽ supradictũ ꝑcedentẽ terminat corpus ad salutẽ vel ad mortẽ. Motus aũt compositus ex ambobus ipsis motibus ꝓtinet totũ tps qõ est a cõmotione mordicatiui a ꝓncipio vsq; ad finẽ alterationis de corpe patiẽte subito fcẽ. ¶ Et scias ꝙ qñ auctores dixerũt ꝙ crisis est motus velox vel subitus nõ intellexerũt ꝙ iste motus fiat in momẽto: aut i tpe fere iperceptibili: imo tps crisis est satis notabile ꝑ q̃cũq; suarũ partiũ suniat crisis. dꝫ tñ velox dicũt qdã in ꝓparatione ad motus tardos ꝑm quos multe egritudines mouenf ⁊ iudicanf. Uel vt dñt alij dꝫ velox in cõparatiõe ad digõnẽ mãe que fit in tpe longiori. qũocũq; tñ fit. ois eius pars fit: ⁊ ꝓpletur satis cito: vt ꝙ hoc dicaf subito fieri. qñ in crisi pugna frequẽs ⁊ velox fit nãe ꝑ morbũ ⁊ eꝫ: quare diu durare nõ põt pugna. Uñ satis cito finif ⁊ cõplef: cito fit crisis: ⁊ ois pars eius: ꝓprius tñ dicũt attẽdif velocitas crisis penes motũ alterationis i quo fit separatio morbi a nã ⁊ cessat pugna eorũ. Et huic motui alterationis ꝓprie attribuif nomẽ crisis eo ꝙ est terminus eius ad quẽ a quo res denominationẽ sumit. Cũ ergo. H. ꝑmo de crisi. dixit dignius esse crisim dici de cõmotione: intelligẽs ꝙ cõmotione totũ motũ localẽ: cõsiderationẽ habuit ad cãm alterationis sequuture que ẽ cõmotio ꝓdicta. De motibus aũt crisis localibus ipsa dignius dꝫ de eũatione siue nocitiui i loco vili situatione: qz ipsa est magis cã alteratiõi ⁊ imediatior ei q̃z sit cõmotio. ¶ Et rursus qñ dixerunt auctores ꝙ fit motus ad salutẽ vel ad mortẽ nõ itellexerũt qz imediate fit ad neutralitatẽ. Et si qdẽ dꝫ esse ad salutẽ adneutralitatẽ qualescentie. Si vero ad mortẽ ad neutralitatẽ decidentie. Hoc tñ intelligẽdũ est vt plim: qz aliqñ infirmus deducit imediate ad mortẽ: vt apparebit in his q moriunf in ipsa crisi. ¶ Et qz in dictis Gal. maxie aliquãdo videnf apparere dissonantie. Pro cõciliatione eorũ scire debes ꝙ Gal. aliqñ accepit nomẽ crisis ꝑ pugna tñ siue ꝑ motu locali tñ. Et vt sic crisis dꝫ iudiciũ. i. illd quo iudiciũ ferf vl feret. Et vt sic sumitur a Gal. ꝑmo. de crisi. ca° vlti. ⁊ ꝓio de creticis ca°. 9°. Et aliquãdo sumif ꝑ motu alterationis tñ: ⁊ sic etiã crisis est iudiciũ. i. est illud qõ iudicatur. ſ. victoria alterius pugilũ. Et aliqñ sumif ꝑ vtroq; motu simul: ⁊ tũc ét ẽ iudiciũ. ſ. quo ⁊ qd ⁊ sic sumif solũ ꝑ motu euationis ꝓius: qz euacuatio est iudiciũ quoꝝ: qz ꝑ euacuationẽ põt fieri iudicium de alteratione ad salutẽ vel mortẽ. Et est iudiciũ qõ: qz de ea potest ferri iudiciũ per cõmotionem precedentem: ⁊ per accidentia in commotione surgentia. Et scias ꝙ Gal. primo de crisi ⁊ primo de creticis loquens de crisi absolute sumpsit eaꝫ pro pugna siue motu locali: sed 3° de crisi sumpsit eam pro euacuatione ⁊ alteratione que ad euacuationem sequitur simul. Quidam autem dixerunt crisim imꝓpriissime sumi posse pro fine eius. qui est sedatio accidentium. sed vt sic non esset motus. imo quies.

¶ De speciebus crisis. Cap. iij.

Motus crisis est ꝙ positus ex motu locali ⁊ alteratione.

Quo itelligitur crisim eẽ motũ velocez ⁊ subitum.

Quo itelligitur crisim eẽ motũ ad mortẽ: aut ad salutem.

Conciliatio dictoꝝ Galen.

Auicenna in decĩe ne quã fecit de crisi i exẽplo ꝓsequẽdo cũ eo inuit q̃sdã diuisiones crisis. ¶ Et dixit. sicut dñs ciuitatis cũ vicit supueniẽtẽ inimicũ expellit ipsum: aut ita vt expellat ipsum expulsiõe totali: ita vt quiescat ciuitas ab eo: ⁊ vicini. ꝯs. viri eius ⁊ reliq fines coniuncti cũ ea. aut expellit ipm non expulsione vlĩ. imo fugat eũ a ciuitate: sed nõ põt fugare eũ a finibus alijs cõtinuatis cũ ciuitate. Sil' virtus que venit cũ crisi bona aut expellit mãm colledẽtem a fundameto corpis qõ ẽ cor ⁊ pcipalia mẽbra ⁊ a finibus ei⁹ que sunt extremitates: aut expellit eã a fundameto: ꝛ non põt expellere eam ab extremitatibus. imo puenit ad eas ⁊ nomi nat hec expulsio crisis pmutationis: ⁊ in hoc innuit duas spẽs crisis. Quar vna est q̃ crisis alia est p eũationẽ mãe ledentis ad extra corpus: ⁊ alia est p deriuationẽ mãe ad extra ⁊ loca vilia. Et 2ª spẽs quã innuit est q̃ tam crisis euacuationis mãe q̃ deriuatiõis eius alia ẽ cõpleta: ⁊ alia est diminuta. De pria specie. dixit Rasis in i9°. 9ti. Inquit Gal. mutatio magna ducẽs ad saluté aut est p euacuatiõez manifestã mãe facientis egritudiné aut est pp apã magnũ .i. p deriuationẽ illius mãe ad aliq̃ mẽbrũ qõ efficit in eo exiturã. sup. vel bothor ⁊ pustulas ⁊ similes egritudines: Morbus autẽ q̃ declinat absq; his duobus: de nã eius ẽ: vt redeat deterior q̃ prius eẽt nisi sint ex morbis cronicis aliq̃ q̃ insensibiliter resoluunt pfecte nec redeunt. ¶ Et crisis qdẽ tã pfecta q̃ diminuta aut est. dixit Aui. laudabilis aut mala. Et cõpleta qdẽ laudabilis fit celeriter ad salutẽ: sed cõpleta mala fit celeriter ad mortẽ. Et similiter diminuta laudabilis paulati ⁊ gradati ad saluté ⁊ diminuta mala fit paulati ad mortẽ. Cõpletã aũt crisim siue laudabilẽ siue malã Aui. ꝓprie vocauit crisim. Gal. ãt 3° de crisi solũ cõpletã ⁊ laudabilem noiauit crisim absolute. Alie aũt spẽs crisis nõ noiant absolute crises sed cũ determinatione. vt ea que est mala ad mortẽ vocat' oio mala: ⁊ ea que est paulati ad salutẽ vocat' crisis. ¶ Et Gal. qdẽ 3°. de crisi diuisit crisim in simplicẽ ⁊ ꝯpositaz. Et simplicis q̃ttuor sunt spẽs .s. cõpleta celeris ad salutẽ: ⁊ cõpleta celeris ad mortẽ ⁊ diminuta paulati ad salutẽ: ⁊ diminuta paulati ad mortem. Cõpositã aũt crisim Gal. diuisit i duas: quar vna ẽ in q̃ fit magna alteratio ad saluté in ꝑmis. deide paulatine cõplet̃ donec sanet eger. ⁊ 2ª est in q̃ fit magna alteratio in ꝑmis ad mortẽ deinde paulatine interficit. ¶ Dixit Rasis 19°. cõti. dico q̃ morbus aut dissoluit subito aut paulatine aut cũ dissolõne cõposita ex vtraq; .s. subita ⁊ paulatine. dissol'o. n. morbi cõposita ẽ q̃n morbus dissoluit cũ crisi diminuta ꝛ postea ꝛplet cũ dissolutiõe ad bonũ vl' ad malũ. ¶ Et Hal. io°. theo. de eis dixit. est inmutatio q̃ semel i melioré fit bitudinẽ prauã qua deiceps virtus egri paulati minuat donec ad iteritũ pferat. ¶ Et Aũ. 3°. col. dixit. crisis salubris sunt due spẽs vna est que dat subito pfuã eũonẽ pfectã sanitatẽ ⁊ alia est que relinqt egritudis reliquas que paulatine dissoluunt ⁊ liberant: ⁊ sic in tpe lõgioꝛi salutẽ pstat. Et subdit. Istud idẽ ẽ de crisi mala. ¶ Et dixit iterũ Rasis. 19. 9tinẽ. G. dixit in li. de crisi. mutatio morbi diuiditur in sex ptes. Aut. n. subito ad salutẽ vel ad mortẽ subito. aut paulati ad salutẽ ⁊ paulati ad mortẽ. Aut adunant' he due mutationes ad salutẽ vel ad mortẽ. Et subdit. mutationẽ paulatinã ad salutẽ q̃n morbus paulati paulati minuit' ⁊ eo°. q̃n ducit ad mortẽ a nã parũ: qr virtus paulatine paulatine diminuit' vsq; quo declinet. s. virtus totalr. Et itẽdo q̃ adunant' hec duo ad salutẽ q̃n mutat' morbus subito ad melius: ⁊ eius residuũ paulatine resoluit' vsq; q̃ declinet. Et cũ adunant' ⁊ pducũt ad interitũ est p subitam mutationẽ morbi ad deterius deide debilitat vtutẽ paulati vsq; q̃ interficiat. ¶ Dicũt p dictas duas spẽs crisis cõpositas dedit. G. itelligere alias duas spẽs cõpositas. s. oppositas ꝑdictis. s. eã que fit in primis paulatine ad salutẽ. deide fit subita mutatio que cõplete sanat. Et eam que in ꝑmis fit paulatine ad malũ: deide subito ad mortẽ ducit. Et quãuis qdã has duas mutationes negẽt: nõ tñ est incõueniens eas ponere. Nã nãq; aliq̃n sicut põt paulatine partẽ mãe morbi eũare ita postea aliq̃n exonerata ⁊ roborata dz posse fil' ⁊ semel totũ mãe residuũ eũare. ⁊ fil' sicut aliq̃n paulatine succũbit ita postea debilitata ⁊ aggrauata dz posse subito deficere ⁊ mori. Et sic i summa eẽnt oẽs mutatiões cretice octo. Rasis vo. 19°. 9ti. posuit sex mutationes ꝑdictas tactas a Gal. ⁊ postea subdit dico q̃ sex spẽbus determinatiõis morbi supius dictis possunt addi alie q̃ttuor. Quar vna est mutatio ad bonũ subito incõplete ⁊ postea mutat' subito ad malũ. Et alia est mutatio ad malũ subito incõplete: ⁊ postea mutat' subito ad bonũ. Et 3ª est mutatio ad bonũ subito icõplete: ⁊ postea mutat' ad bonũ paulati paulati. Et 4ª est mutatio ad bonũ subito icõplete: ⁊ postea mutat' ad malũ paulati paulati. Pretermisse tñ fuerũt ꝑdicte mutatiões a Gal. q̃ alique earũ vident' aliqbus ipotes: ⁊ aliq̃ vident' satis remote ab earũ eẽ. Et itentionis Gal. fuit ponere solũ q̃ necessariũ ẽ i arte ⁊ nõ adeq̃re diuisiões. Diuidit' aũt crisis ꝑm res p q̃s fit crisis: ⁊ q̃ sunt aut crisis eũonis mãe aut deriuatiõis seu p mutationis ipsius. ¶ Dixit Ras. 19. 9ti. Res p q̃s fit crisis. s. eũonis sunt hec. Uomitus egestio. i. flux⁹ vẽtris flux⁹ sanguis nariũ ⁊ ipar mucillaginitas sputũ lachrymę sanies auriũ: ⁊ vrina ⁊ sudor ⁊ flux⁹ emorroydar ⁊ mẽstruor: verũtñ võit⁹ flux⁹ vẽtris fluxus sanguis nariũ emorroydar mẽstruor: vrina ⁊ sudor si res p q̃s fit crisis cõis toti corpi. mucilagitas võ nariũ lachrie sanies auriũ ⁊ sputũ si res p q̃s fit crisis spãl' appropata magis alicui mẽbro. ¶ Dixit Auer. 4°col. Spes eũonũ q̃ in crisi fiũt ꝑm Gal. sũt ꝑm istũ modũ. s. p fluxũ vẽtris p vomitũ sudorẽ vrinã fluxũ sanguis nariũ ⁊ fluxũ emorroydar ⁊ i mulierib⁹ pmẽstrua. Et dixit Rabi i. xj. ptic⁹ possibile ẽ q̃ aborsus sit crisis in pgnãtib⁹: ⁊ ꝓprie i eis q̃ siũt octo mẽsiũ i quo mẽse nõ cõmode pot viuere fet⁹. ¶ De eũone tñ p vinã. dixit Joẽniti⁹ nõ fit crisis cõpleta cũ multa vrina nisi sit in ea multa residẽtia. Et dixit Rasis. 19. 9ti. vrina ⁊ sudor si nõ sunt multe q̃ttitatis nõ debẽt dici de nũero crisis. Flux⁹ ẽt emorroydar ⁊ mẽstruor p tẽ crisis cõis siue vniuersal: vt q̃n p ipm terminat' egritudo cõis toti vt se. ⁊ pt ẽe spãlis siue particularis: vt q̃n per ipsum terminant' egritudines ani aut mẽbricis. Et dixit Auer. particularis crisis est multiplex sicut q̃ p lachrymas aut p lipitudiné: ⁊ sicut q̃ pauriũ sudores vl' nariũ mucos vl' sputũ. ¶ Res ãt p q̃s fit crisis pmutatiõis mãe. dixit Ras. vbi. ẽ. sunt exitura apa glãduloſum dolor cruriũ genuũ ⁊ lũbor apa i aliq⁹ mẽbris. Icteritia coloris mutatio dolor i aliq⁹ mẽbris absq; apate. Et dixit. Accit q̃nq; i dolore mẽbricis dolor cruriũ aut aliq̃ exitura apparẽs a. 4o. die vsq; ad. x. mẽses. Jngt. n. Jpo. dolor mẽbricis declinat p dolorẽ cruriũ i octo aut decẽ mẽsib⁹. Et dixit Ras. accidit crisis cũ variolis. sup. vel morbillis ⁊ putrefactiõe i aliquo mẽbro. Et dixit: q̃nq; fit crisis i interiorib⁹ p exituras i eis q̃ vocant' oubeleth. ⁊ ẽ cũ supfluitates expellũt ad mẽricẽ vel itestina vel alia filia mẽbra. Et q̃nq; fit p exituras i exteriorib⁹. Et hay q̃dã eueniũt ad calitatẽ ⁊ fi ducunt' ad putredinẽ ⁊ appellãt' modi neruor: ⁊ q̃dã ducunt' ad putredinẽ vt ad carbũculi: ⁊ q̃nq; expellit' mã ad cutẽ ⁊ fac' vlcera saniosa bothor scabiẽ ⁊ puritũ escaras ⁊ filia. ⁊ q̃nq; fit crisis per elefantiaz varices ⁊ extremitatũ inflatiões apata vl cera ⁊ q̃lz genus nodi. Et q̃ncunq; per põderositatem alicuor mẽbror sicut lumbor cruriũ ⁊ filium: ⁊ hoc erit pp supfluitatẽ sparsaz ad illa loca: ⁊ dixit auctoritate Gal. Uidi febrez plurium egror declinãtem subito ad manus ⁊ pedes: ⁊ hoc accidit euẽtu sefiros: cuius putrefatione excidit caro carnis lese: ⁊ hic est vna de spẽb⁹ crisis. ¶ Et Auer. dixit. vbi. ẽ. crisis deriuationis aut est p apã in aliquo particulari

Dne sunt species crisis.

Crisis alia simplex alia cõpositaz simplex habz quatuor species: ⁊ composita duas

Mutatõ morbi est secũdũ sex partes

Quot in summa sint mutationes cretice.

Per q̃s spẽs euacuationis fiat crisis.

Quãdo possibile sit crisis

Crisis per mutationis quot modis fiat.

ticulari mẽbro eueniens emũctorio vel alio aut per pustu-
las cões toti vt variolas morbillos scabiẽ lepzã ⁊ siles: aut
per ōriuationẽ mãe ad aliq̃ mẽbza ꝑter ꝙ generet i eis apa
vel pustulas sicut cũ deriuatur mã ad neruos ⁊ cãt in eis
spasmũ vel aliã egritudinẽ neruoꝝ. Et siẽ qñ deriuat
mã ad articulos ⁊ causat in eis dolorẽ articuloꝝ siue dolo
rẽ arteticũ. Et sicut cũ deriuat mã ad cutẽ ⁊ cãt in ea icteri
tiã. ¶ De icteritia tñ cretica dicũt qdã ꝙ q̃zuis ipsa repona
tur inter crises deriuationũ: attinet tñ aliq̃lr crisi eũonis:
inq̃tũ portio mãe eius subtilioꝛ per poꝛos expellit cutis:
grossum tñ mãe eiꝰ remanẽs i cute facit ipsaz attinere plus
crisi deriuatiõis. Et sunt q dicũt ꝙ q̃si tz mediuz inter eas.
¶ Et .A. q̃rti. 1ª dixit. exiture qbꝰ fiũt crises diuersarũ sũt
spẽrũ. s. carbũculi ⁊ doubeleth ⁊ euan siue tican. Siue vt di-
xit hal. supꝛ 2º tegni. tanũ ⁊ ẽ apa carnis mollis. Et subdit.
A. ⁊ formica ⁊ herisipila ⁊ ignis pticus ⁊ herpes hestio-
menus ⁊ variole ⁊ finãtes ⁊ vlcera multiplicata in corpe.
Et dixit. fit crisis qñq̃ aut aliqd eiꝰ cũ quo ꝯgelat lacertus
⁊ neruꝰ ⁊ pscabiẽ ⁊ spẽs eiꝰ ⁊ ipetiginẽ ⁊ albaras ⁊ can-
crũ ⁊ luptũra. i. eminẽtiã ⁊ varices ⁊ iflationẽ extremitatũ
⁊ alia ab istis. Et dixit. de spẽbus permutatiõis sunt que
nõ ꝓducũt ad exiturã: sed faciũt sicut torturã ⁊ spasmum ⁊
mollificationẽ ⁊ dolores anche ⁊ dorsi ⁊ testiculoꝝ ⁊ ge-
nuũ ⁊ icteritiã ⁊ elefantiã ⁊ varices. ¶ Dixit. A. 2ª quarti.
Crisis eũonis expectat in egritudinibꝰ materiez subtiliuz
calidaꝝ vtute exũte forti. ⁊ crisis ꝓmutatiõis expectatur in
egritudinibꝰ acutis: in qbꝰ est vtus debiliꝰ ⁊ dies indica-
tiuꝰ est debiliꝰ. Et istud in bona crisi ⁊ mala fil. Et subdit.
expectat crisis. s. ꝓmutatiõis exũte mã grossioꝛe: ⁊ crisis q
dẽ deriuatiõis vtplm fit in febꝛibꝰ laboꝛiosis. ¶ Et Ipo. di
xit. 4º affo. laboꝛiosis in febꝛibꝰ in articulis ⁊ circa maxil-
las maxie apostases fiũt. ⁊ qdã dicũt si laboꝛ euenerit a cã
extrinseca: vt forti exercitio vtplm materia deriuatur ad lo
ca iuncturarũ ⁊ loca vicina eis. Si vero laboꝛ spontaneꝰ
fuerit a causa intrinseca. vtplm mã deriuatur ad loca emũ-
ctoꝛiorũ ⁊ carnes glandosas. ¶ Et Gal. qdẽ voluit 3º ꝓno
sticoꝝ. cõmẽ. p. q crisis sumpta ꝑ alteratione hẽat solum
vnã spẽm. s. ipsam alterationẽ siue morbi separationẽ.
¶ Ad sciendũ in quo tpe morbi eueniat crisis. Caꝑ. iiij.

CRisis sumpta ꝑ cõmotiõe in morbo salu-
bꝛi semꝑ fit i statu vel morbi. qñ: vt
dixit Gal. 4º affo. in cõmẽ. affo. 22. nisi cõpleta
digõne. ⁊ iõ nũq̃ fit in ꝓnº nec augmẽto moꝛ-
bi vlibus: qꝛ in eis nunq̃ digestio est cõpleta.
Et silr nũq̃ fit in declinatiõe vel salubꝛis morbi: qꝛ vt ifra
patebit cũ cõmotio fit in mã accidẽtia intẽdunt. Cũ autem
accidẽtia sunt intẽsa nõ est declinatio: imo in declinatione
accẽtia sunt remissa. Crisis vo sumpta ꝑ eũatione in dicto
morbo salubꝛi põt in statu vel ipsius morbi salubꝛis incipe
re post cõmotionẽ mãe ⁊ nociui separationẽ ⁊ eiꝰ directio-
nẽ ad loca expulsionis. Et hoc erit in fine ipsius statꝰ: quã
postea nã ꝓsequit in declinatione vel. põt etiã ipsius noci-
tiui eũo incipere in ꝓnº decliuatiõis vlis dicti morbi: ⁊ po
stea in ꝓcessu ipsius declinationis compleri ⁊ finiri: am-
bo. n. ꝓdcã. s. eũonẽ incipere in fine status vel icipere in de-
clinatione in fe. ocluſa debent intelligi. Et cõtingit in eaꝑ
dicta diuersitas ꝑm ꝙ vtus fuerit sufficienter fortis vel nõ
sic sufficiẽter. Et ꝑm ꝙ mã fuerit sufficienter apparata vel
nõ sic sufficienter. Et quidã concedunt ꝓpter cõsimilẽ varie
tatẽ vtutis ⁊ mãe posse ocingere in febꝛe concluſa vna die
cretica ꝑ sse fieri cõmotionẽ materie ⁊ sequenti die cretica
eũonẽ eiꝰ. Dicũt tñ qdã hoc valde raro ocingere. In febꝛe
vo ꝓportionali mãe cõmotionẽ fieri in statu vel ipsiꝰ febꝛis
⁊ in statu excrescẽtie ipsius statꝰ vlis: sed eũonẽ mãe fieri in
declinatione vel ⁊ in declone exacerbationis declonis vlis.
Aliq tñ ocedunt cõmotionem fieri in statu exacerbationis
status vlis: ⁊ postea eũo incipiet in declinatione eiusdẽ ex-
acerbationis ipsius status vlis. Alij vo hoc nẽgãt: qꝛ seq̃-
ret ꝙ decꝛo vlis morbi simul cõcurreret cũ statu vel ipsius
morbi: qõ vl inco̅ueniens. Et ꝓbant ocñam: qꝛ illa declina-
tio in qua illi dicũt posse incipe cõmotionẽ est decꝛ status
vlis: ergo est tũc status vlis: ⁊ ex alia parte in illa decꝛone
in qua incipit eũo fieri erit declinatio vniuersalis: qꝛ tũc in
cipit morbꝰ ꝑ eũone declinare sensibilr: ergo erit tũc statꝰ
vlis: ⁊ declinatio vlis sil'in eadẽ decꝛone exacerbatiõis. Ad
dicta aũt istoꝝ illi respõdẽt: ꝙ in decꝛone illiꝰ exacerbatio
nis statꝰ vlis in qua incipit eũo mãe bene est alleuiatio sen-
sibilis nõ absolute: sed bñ in cõparatiõe ad id qõ fuit in sta-
tu ipsius exacerbationis: sed nõ respectu eius ꝙ fuit in ex-
acerbationibꝰ precedentibus. Immo erat ista exacerbatio
fortiorum accidẽtiũ in declinatione sua q̃z fuerint declina
tiones pluriũ exacerbationũ precedẽtiũ: ⁊ fortasse q̃z fue-
rint status eaꝝ. Sz decꝛones sequentes in declinatione vlt
bene erũt sensibilr leuioꝛes oibus ꝑcedẽtibus mariꝫ in sta-
tu n augmẽto vlibꝰ. Et aliqñ etiã q̃z exacerbationes ꝓnci-
pij vlis. morbi. n. eiꝰ est cuiuscũq̃ decꝛonis. vt sit leuioꝛ sta
tu ꝑcedẽte. Et dicũt ꝑdicti silr euenire in poxismis ite po-
lataꝝ cõpositaꝝ cũ febꝛe ocluſa. s. ꝙ in decꝛone poxismi sta
tus vlis põt incipere eũo mãe q̃ postea cõplicabiꝫ in poxi-
smis sequẽtis decꝛonis vlis. Et insuper dicunt silr euenire
posse in feb. ꝓportionali cõposita cũ interpolata in poxis-
mis status illiꝰ. ꝙ si interpolata ista fuerit tertiana: tũc ma
xime ocinget in poxismo q simul cõiungit cũ exacerbatio
ne: dato ꝙ exacerbatio etiã sit flãtica vel in emitriteo vero.
Et dicũt ocingẽs esse in febꝛi. interpolatis ꝙ in statu poxi-
smi statꝰ vlis fiet cõmotio mãe: ⁊ in decꝛone eiusdẽ poxis-
mi incipiet eũo que postea cõplebit in poxismis decꝛonis
vniuersalis sequẽtis. morbi. n. est interpolataruz: vt in eis
plures ꝑticulares crises eueniant in decꝛone vlt. Et dicunt
cõtingens esse: sed raro eueniẽs ꝙ in statu poxismi vel exa-
cerbationis statꝰ vniuersalis fiet cõmotio mãe: ⁊ in decꝛo-
ne ipsiꝰ poᵐⁱ vel exacerbatiõis tota mã eũatur: maxime qñ
mã esset pauca ⁊ virtus fortis: ⁊ tñ postea sequet declina-
tio vlis: nã dicũt ipsi dato ꝙ tota mã faciẽs febrẽ in decꝛo-
ne illius poxismi vel exacerbationis sit eũata: nõ tñ resolu-
ti erũt tũc vapoꝛes acuti multi q tpe cõmotiõis mãe surre-
xerũt: ⁊ sparsi fuerunt ꝑ venas ⁊ arterias ⁊ vsq̃ ad coꝛ: qui
sufficiũt facere feb. qui postea in decꝛone vniuersali resol-
uunt donec cesset febꝛis totalr. Et qdã dicũt. erit poxismꝰ
ille vel excrescẽtia in quo facta est cõmotio ⁊ eũotio mãe di
cte ꝑm totuz tẽps cõmotiõis mãe in eo de statu vlt: sed decli
natio eius in quo facta est eũo ipsius mãe: sapiet ꝑ parte ō
nã status vlis. quo ad accẽtia que euenerunt tẽpoꝛe cõmo
tionis mãe nõ sic cito sedant: q̃zuis mã eũetur ⁊ sapiat de
nã decꝛonis vniuersalis ꝓpter eũonẽ mãe ꝓpter quã ali-
quã alleuiationẽ habebit. ¶ Et asserũt in ꝓtinuis ꝓportio
nalibus ⁊ interpolatis commotionem mãe ad crisim fieri
posse in hoꝛis siue diebus maioꝛis quietis. Et hoc erit qñ
mã erit sufficienter digesta ⁊ supueniet eis dies cretica ha-
bẽs aspectũ celi regulantẽ nãm ad creticandũ. In tali tñ cõ
motiõe exacerbatio siue poxismus debẽs superuenire anti
cipabit ⁊ superueniet: non quidẽ ratione mãe stimulãtis:
sed vi nãe mãm cõmouẽtis. In qua exacerbatione siue po-
xismo eũabitur mã illa cõmota. Immo dicũt põt exacerba
tio siue paroxismus nõ anticipare: sed superuenire in hoꝛa
in q̃ vel q̃ eũabitur mã commota in exacerbatiõe siue po-
xismo ꝑcedẽte predicto: qõ cõtingere põt aut ꝓpter mãm
nõ esse oino obedientẽ eũoni: aut ꝓpter nãm nõ foꝛe suffi-
cienter fortẽ aut negligentẽ aut q̃libet aliter impeditaz.
Et hoc intelligunt de mã antecedẽte que in illa exacerba-
tione seu in poxismo commota fuit nondũ putrefacta. nam
que cõmota fuit putrefacta in ipsa exacerbatione vel poxis
mo nõ reseruaꝫ ad subsequẽtẽ: sz sensibiliter vel insensibilr
in ipso paroxismo vel exacerbatione eũatur. ¶ Et cum eis

dī ꝛ: q; signa euenientia in cōmotione māe siue ipsa māe cōmotio dꝫ eē imediata eūoni ei⁹. dicūt habere vītatē cum īmoderatiōe nō punctuali neqꝫ breuis tpis: sꝫ hīte aliqñ la titudinē multā. Et dīt posset dici hūc itellectū habuisse vel hēre potuisse Ipo. cū in affo. dixit. qbuscūqꝫ crisis fit. i. fu/tura est fieri his nox. i. hora qetis in interpolata vel in ho/ra minoris afflictiōis in ꝓportionali feb. vel ēt hora ꝓxis/mi vel excrescentie q̄ nō ratione māe stimulātis: sed rōe nāe victe ab influxu celesti mām mouētis supueniret est difficil' añ acumen. i. est difficiliū accidētiū qualiū nō fuisset si exa/cerbatio vel paroxisimus vel hora illa fuisset eueniēs solu; ratione stimulatiōis materie. ¶ Et scias ꝙ oia p̄dicta dcā de crisi eūonis debēt ⁊ possunt intelligi de crisi ꝑmutatiōis māe in morbo salubri. ¶ Crisis aūt in morbo mortali siue qui est ad mortē ꝑm aliqs pōt euenire in ꝑn⁹ augmento ⁊ statu vūb⁹ morbi: q; in quolibet dcōꝝ tpm ꝑm eos ꝓtingit egrū mori posse. sꝫ tñ alios sp fit i statu ipsi⁹ stat⁹. Notādo ꝙ lꝫ vsqꝫ ad statū status vlis morbus ꝓtinue augeat: non tñ dī fieri in augmēto vl̄: q; moris augmēti vlis est: vt in eo morbus sensibilr augeat: sꝫ post q̄ꝫ puenit ad statū vl̄ez morbi augmētū imperceptibilr fit: ⁊ iō dicūt ꝙ q̄ꝫuis morb⁹ augeat vsqꝫ ad mortē: tñ moris ꝑm eos in augmēto nō acci dit sed in statu. ¶ Crisis q̄ꝫ sumpta ꝑ alteratiōe in morbo salubri semꝑ fit in declone vl̄: ⁊ pōt cōtingere in declinatio ne ꝓximi seu exacerbationis ipsius declonis vlis. Immo vt plīm fit in ea. ¶ Et ex dictis ꝑz ꝙ crisis sumpta ꝑ o mo/tu locali ⁊ motu alteratiōis simul ad salutē nō pōt dici fieri in aliquo vno tēpoꝝ vniuersaliū morbi: q; cōmotio fit in statu vl̄: salus vō in declone vlī fit. ¶ Et p̄dicta maxie vī/ficāt de crisi cōpleta. diminuta. n. siue iperfecta crisis pōt fie ri in ꝑn⁹ augmēto ⁊ statu vūbus siue sumat crisis ꝑ motu locali: siue ꝑ motu alteratiōis: nā in q̄libꝫ dcōꝝ tēpoꝝ po/test mā sinthomatice moueri ⁊ eūari minoratiue saltē: q̄ꝫ uis ꝓcedāt qdā: ⁊ ēt eradicatiue postq̄ꝫ minoratione māe seqtur alteratio aliqñ ad bonū aliqñ ad malū: q̄ꝫuis ēt su/pradcē spēs crisis possint i oib⁹ febrib⁹ mālib⁹ repiri: due tñ eius prime spēs: vt frequētius fiūt in febrib⁹ acutis ab/solute vl̄ cū determinatiōe: absolute sicut sunt de qb⁹ dixit Ipo. 2° affo. terminari in. 14. dieb⁹. Cū determinatione vō sicut sunt de quib⁹ dicūt terminari añ. 14. diē sicut sunt pa/cute ⁊ ꝑacute q̄ terminant in dieb⁹ qui sunt itermedij añ. 14. diē: tñ post. 7. Aut terminant post. 14. diem ⁊ vsqꝫ ad. 40. in dieb⁹ iter hos medijs q̄ vocant tropice siue ꝓuer sive. Scē vero due spēs crisis supradicte: vt frequēti⁹ fiūt in febrib⁹ cronicis: quoꝝ mot⁹ est ꝑ mēses in quibus nā ⁊ paulatine ⁊ pigriter mouet ꝙ morbū ⁊ eꝝ. Eaꝝ. n. mā mul tū ethero genea est. Et tertie due spēs crisis fiūt in febribus q̄ꝫ mot⁹ est medius inter p̄dictas: q̄ꝫ terminatio est post 40. dies. ⁊ vsqꝫ ad. 120. ⁊ in dieb⁹ medijs inter eos. Ultime vō due spēs crisis si aliqñ reperient eueniēt vt freqnter in dictis febrib⁹ medijs q̄ꝫ termin⁹ est post. 40. vsqꝫ ad. 120.

¶ De causis crisis. Capitu. v.

Crisis in morbo mortali i quo tēpe fiat.

Crisis di/minuta fieri ꝓt in principio augmēto ⁊ statu vl̄ bus.

EX dictis supra satis pater pōt q̄ sint gīa les cāe crisis q̄ sunt cōtrouersia ⁊ pugna q̄ fit inter ipsam nām ⁊ morbū: vnde mouet nā ad expugnandū morbū ⁊ cām ei⁹ ⁊ ecōuerso morb⁹ nām. Iste tñ motus crisis fit a nā: vt a ꝓncipali agēte: q̄ꝫuis adiuta ab influētia celesti: nō aūt a morbo: aliqñ tñ efficit nā crisim non iuta a celesti in/fluētia: sed solū stimulata. ¶ Cāe aūt particulares spēꝝ cri sis que sunt eūones cretice sunt virt⁹ fortis supra mām do minās ei ꝑm totū aut ꝑm plurimā partē ei⁹. Et mā morbi irritatiua vtutis nō obediēs fcā sibi ⁊ aspect⁹ coꝝpoꝝ cele/stiū de quo dicet in tractatu sequēti q est de dieb⁹ creticis. Crisis aūt deriuationis cāe sunt vtus fortis: nō q̄dē fortis simplr. q; vtus simplr fortis: q̄lis est in crisi eūonis: non seruat materias intra coꝝpus: sed ex coꝝpus expellit ⁊ eua/cuat: sꝫ fortis cōparatiōe ad vtutē q̄ in pugna ex toto suc/cūbit ꝑotēs eūare mām sil' ⁊ ꝑmutare eā q̄ dī simplr debi/lis: ita ꝙ pōt dici media inter virtutē simplr fortē ⁊ virtu/tē simplr debilē. Et mā mala nō tñ multū stimulatiua vtu/tis inobediens tñ ei vt ab ea ad extra coꝝpus expellat. Et cū his aspectus celestiū coꝝpoꝝ ꝑput in supradicto cap. dī. Et ꝑm. A. scda q̄rti predicte crises diuersificantur ꝑm plus ⁊ minus: ⁊ ꝑm diuersas crisiū spēs ꝑm fortitudinē ⁊ debi/litatē virtutis ⁊ celestis aspectus: ⁊ ꝑm obedientiā materie vel ei⁹ rebellionē ad naturā multitudinē ⁊ paucitatē. Uñ exemplar. dixit. A. ꝓpē crisis. i. eūatiōis dispō itēꝝ diuersi/ficat: mā cū mā existit in egritudine acuta vehemēs. i. mul/tā facit crisim per sudorē si fuerit infra illud: q; minus mul ta q̄ꝫuis sit magis calida facit crisim per fluxu; sanguinis narīū: ⁊ si nō ꝑ fluxū vrine: ⁊ si nō per fluxū vētris. sup. aut per vomitū. Quāto. n. māe sunt subtiliores ⁊ magis cali/de expellūtur tāto magis per strictiores vias: ⁊ ad loca ma gis extrema: ⁊ q̄ꝫtominus subtiles ēt magis calide tāto ꝑ longiores vias ⁊ minus ad extrema. Et silr est in crisi per/mutatiōis materie. ¶ Dixit. G. in cōmē. affo. Quibuscūqꝫ crisis fit ⁊c. ꝙ ois crisis plus attinet sanitati q̄ꝫ morti nisi egritudo sit pestilētialis ⁊ silr dixit Raſ. 19. ꝓti. Aut sup. nisi materia sit multū prava ⁊ maligna cui⁹ malignitate nā irritata: ⁊ quasi desperata mouet ꝑ ipsaꝝ nō regulata aspe/ctu supioꝝ: ⁊ sic nō expectās conuenientē horā ad expul/sionē illius: aut nisi cōtingat egrū mori ex ipotētia virtu/tis nō potētis expellere totā mām: quā cōmouit sub cuius residuo postea succūbit ⁊ morit⁹ aut nisi cōtingat simul re/solui virtutē ⁊ morbū. Et cā dicti. Gal. dixit Raſ. est q; q̄ꝫ/uis de se crisis nō videat attinere plus sanitati q̄ꝫ morti: cū possit terminari ad vtrāqꝫ: nihilominus de facto sic est ꝙ crisis inq̄ꝫtū crisis pluries terminatur ad salutē q̄ꝫ ad mor tez: vt ⁊ sic dicat ꝙ per prius attinet sanitati q̄ꝫ morti: ⁊ hoc iō q; crisis in se est effectus nāe naturalr operantis ꝑ/pter finē q̄ sic operās nō tēptat cōmouere materiā neqꝫ se/pare nociuū a uuatiuo nisi mā ente digesta supra quā di/gestā victoriosa vtplīm est. Et hoc dicūt veritatē habere ⁊ raro fallere crisi ente cōpleta. diminuta autez crisis fallere pōt q̄ꝫuis etiaꝫ raro. In fe e autē pestilētiali aut de mate/ria multū maligna crisis: vtplīm est ad mortē: q; mām val/de maligna vtus supare negt: vñ ⁊ lꝫ aliqñ videat in tali/bus febribus sanitatē debere sequi: tñ mors succedit.

Crisis om nis plus attinet sa nitati qui morti.

¶ De cōparatione specierum crisium inter se in bonitate ⁊ malitia. Capitu. vj.

RIsis facta per eūonem māe melior est: ⁊ laudabilior q̄ꝫ facta per ꝑmutatio/nē materie: q; fit a fortiori vtute: ⁊ est de mate/ria magis obediēte nature: ⁊ fit cū meliori tole rantia infirmi neqꝫ timetur ex ea euētus lesio/nis male alicui mēbro sicut timetur in crisi permutationis materie in qua pluries multū leditur ⁊ quādoqꝫ coꝝrūpi/tur mēbrum ad qō mā deriuat. Ideoqꝫ scias ꝙ cū aliqñ di xerunt auctores de aliqua crisi permutatiōis ꝙ ipsa est bo na ⁊ pfecta nō intellexerūt simplr cū quelibet crisis ꝑmuta tionis sit iperfecta. Dixit. n. Ipo. sexto epidimiaꝝ. cū mor/bus declinat cū apate vel extitura signū est diminute digō/nis: sed intellexerūt ꝙ sit talis inter species crisis ꝑmuta/tiōis. ¶ Crisiū aūt largissime sumptaꝝ que declināt cum insensibili eūone laudabilior ē ⁊ melior ea que fit cū eūone senbili seu cū ꝑmutatiōe māe: q; fit a virtute fortiori: ⁊ de materia subtiliori ⁊ nature magis obediente: ⁊ sic euapo/rabili per poros coꝝporis: vnde ⁊ tolerabilius ⁊ min⁹ mo leste ab infirmo fertur. Dicunt tñ ꝙ ipsa est magis suspe/cta medico: q; medicus nō pōt eq̄ bñ insensibilē eūonē cō/prehēdere: ꝓpter qō in declone talis crisis dubitat de reci diua. ¶ Crisiū aūt eūonū manifestarum laudabilior: ⁊ me lior est quecūqꝫ magis appropriat materie facienti egri/

tudinē. dixit Auer. ārto col. q vnaqueq; spēs eōnū creti/
ca; in vnāq; egritudine ppria est: vt ad plus z maxime
qñ crisis est laudabilis. Crisis. n. febriū colerica; per fluxū
vētris vel vomitū vel sudorē vel vrinā fit. Et sanguinea uz
per modū alicuius exitus sanguinis fit. Et subdit. q aliqñ
cōmunitate: quā aliqō mēbrum cū alio hz iuuaf eōo: sicut
cū apa cerebri creticatur per fluxū sanguinis nariū pluries
q; per fluxū emoroyda;. Et sicut q; in gibbo est epatis per
vrinā: z qō in eius cōcauo per fluxū ventris magis: Si tñ
apa gibbi sanguineum fuerit pluries creticaf per fluxum
emoroydarum vel menstruo;. ¶ Dixit Gal. tertio de crisi
z scribitur a Rabi in vndecima particula sic. sudor cōpetit
oibus febribus maxime adurētibus inflāmationis vehe/
mentis z fluxis sanguinis nariū apatibus accidentib⁹ ca/
lidis sub hypocūdrijs excepto apate cōcaui epatis: cui fit
crisis per fluxum ventris colericū aut sudorē aut vomitū z
in egritudinibus pectoris aut lateris z pulmonis z aliarū
que sequūtur mēbra ipsa crisis melior est per sputum: z in
doloribus qui accidūt in renibus z vesica z omnibus que
sequunf ea crisis melior est vtplm per vrinam. Et dixit. cri
sis febris faciētis paroxismū omni die. s. quotidiane est per
vomitū flātis vel egōnem eius. Et quartane etiam fit crisis
qñ eūatur ex corpore res nigra z res hñs colores diuersos
z emitritei fit crisis qñ eūatur colera z flā. Et dixit. crisis fe
bris cum apate frigido cerebri nominato litargia z oium
alia; egritudinū capitis. s. frigida; fit per apa eueniēs in
radice auris. z oium alia; febrium que plongaf crisis:
in cuius varietate est fiducia p apostema z exituras in alijs
locis corporis. ¶ Et dixit Ipo. de crisi febriū apatuz. s. ter
tio pnostico;. z ordinauit ea. Gal in cōmē. sic: primo cere/
bri cū fuerint in capite dolores vehemētes assidui cum fe/
bre si fuerit cū illis aliqō signorum mortis: tunc illud erit
mortale valde. Et si superuenerit ex istis reb⁹ q; euadat in/
firmus tūc expecta illi fluxum sanguinis. s. ex narib⁹ a pri
mo die vsq; ad septimū. Et si tps plus plongabit: tunc ex/
pecta sanie que curret de narib⁹ qbus fit euasio infirmi. Et
si permaneāt isti dolores in capite vsq; ad diem. 20m. tunc
etiā expecta fluxū sanguinis de naribus. verūtñ istud nō fit
nisi raro. Egressio aūt saniei de naribus aut exiture euētus
in partibus inferioribus accidit multotiēs in illa loca. Et
quādo tu expectas alicui fluxū sanguinis ex naribus: tunc
addūt ad spē tuam ad illud dolores accidentes versus tim
pora z frontē. Sanguinēq; hunc expectabis in illis q sunt
in etate minus. 35. annoy qñ dixit Gal. generatio sangui/
nis in hac etate vsq; quo eius etas ꝓsequatur. 35. annos est
multa. Et cum cōplō in hac etate est calidior z colera super
ipsuz est magis vicēs: z talis sanguinis natura est: vt sit cō
ueniens ad hoc: vt faciat natura accidere fluxū sanguinis
narium: sed expectabis apostema. i. crisim per exiturā ma/
gis in his qui sunt amplioris etatis. ¶ Dixit Aui. scōa ār/
ti. acutior crisium z ppinquior ad separationē. s. egritudi/
nis a corpore est fluxus sanguinis nariū. ipsa. n. citius libe/
rat egrū ab egritudine. s. in qua ista crisis cōpetit q; aliqua
alia crisis. Dixit aūt in qua cōpetit: qr ipsa nō est in oibus
egritudinibus melior: sed in illis quay materia est itra ve/
nas quay crisis potest per fluxū sanguinis nariū fieri acu/
ta. i. cito vel statim post apparitionē signoy digestionis: z
hec ppinquior est ad separationē: quia cito finitur z citi⁹
q; alie crises suprādicte. ¶ Scias tamē q; bonitas z mali/
tia crisis nō cōsistit in cita vel tarda eūone eius: sed q; eua/
cuetur humor morbū faciens simul cum alijs conditioni/
bus bonis: z ad bonam crisim requisitis. ¶ Crisium vero
permutationis. dixit Auic. scōa quarti que fit ad inferiora
laudabilior ē q; que ad superiora z que est ad exteriora: z
post digestionē cōpletā: z est longinqua a mēbris principa
libus est laudabilior: quāto enim ad mēbra vilioza permu
tatio materie fit tanto laudabilior existit: alijs tamē lauda/
bilioribus conditionibus crisis coniuncta.

¶ De differentia inter crisim diei z crisim noctis. Ca. vij.

DIxit Cōciliator. ceteris pib⁹ crisis q; fit in
nocte melior est simplr q; in die ex eo
q; in nocte vehemētiores sunt mot⁹ egritudi/
nū z ipsay accītia ppea q; nā occupaf vehe/
mēter in digerēdo mām: dixit. n. Aui. 2ª ārti.
vehemētiores fiunt motus egritudinis z ipsius accītia in
nocte pp vehemētiā occupatiōis nāe in digerēdo mām cū
sit tūc priuata oī re. s. disturbāte eā a digōne: ac ēt qr in no/
cte calor nālis z spūs magis z forti⁹ vnitur in interiorib⁹:
vñ potētius z magis agit nā ꝓtra mām morbi: non. n. di/
strahuntur ab interioribus ad exteriora sicut in die insequē/
tes calorē diei z lucē. Et dicūt qdā. in nocte magis mouē/
tur humores: vnde magis incitāt nām ad pugnaz. quibus
cāis fit q; nā magis intēta reddit in nocte q; in die consilr
digōni quā facit in nutrimēto quā melius exercet in nocte
q; in die. Eadē eni est vtus digerēs iuuatiuū. s. nutriens z
nocitiuū. s. mām morbi. nā itaq; cū intēdit creticare celat z
occultat se intēto suo quo cōmodius opef nō ꝓhibita nec
disturbata spirituū sparsiōe: quapp dix Gal. 3⁰ de crisi plu/
res crises fiunt in nocte q; in die inspecta tpis q;titate z ma
xime illay febriū quay paroxismi vel excrescētie finiūtur
in nocte z nō in die precipue cuz nō distributa nō dispersa
z cū alijs intenta in nocte plus sentiat rebellionē morbi z
stimulationē eius: vnde feruētius z per amplius ꝑ morbū
insurgit materiā ei⁹ cōmouet nocitiuū separat a iuuatiuo
z ad loca expulsiōis dirigit nocitiuū. Et qñq; eadem nocte
ilico expellit ipsum ad cuius expulsionē vt plm sequif no/
ctis aurora sua frigiditate adiuuās ad ficciores z meliores
febrilis calitatis alterationē: vt cōpleaf crisis quo ad oēs
ptes eius nocte eadem. Et maxime hoc eueniet in crisibus
insequētibus lunā sicut precipue in crisibus morboy acu/
toriū. lune. n. motus potētior est in nocte q; in die. Et dixit
Cōciliator ad ꝓdicta facit. qō dixit Gal. in lib. de motibus
liquidis: vbi loquif de vi cogitationis. Et allegat quēdam
philosophū patiētē in coxa z magis dolentē in nocte q; in
die. Cui querenti cām huius Gal. rñdit cām fore: qr in die
erat occupatus circa multa circa que cogitando fiebat di/
stractio z diversio a dolore. In nocte aūt: qr plus erat intē
tus dolori plus vexabatur. ¶ Sunt aūt z alij oppositum
tenētes: z dicētes q; crisis gñalr q;tū ad omnē morbū fit
frequētius in die q; in nocte. Et hoc qr māe mobiliores sūt
in die q; in nocte: z vie transitus eay ad expulsionez aper/
tiores z liberiores sunt in die q; in nocte: vnde fit q; nā fa/
cilius z cōmodius mouere pōt in die z materiā separare z
expellere nocitiuū: quo expulso sequif necessario alteratio
calorīs: z maxime qñ expulsio fit hora vespertina: nā sequi
tur eā nox sua frigiditate citās z adiuuās alterationē: ma/
xime tñ in die. Dicūt isti. fit facilis crisis per sudorē in die:
qr pori cutis tūc magis aperiūtur. Cōfitētur tñ isti q; cri/
sis. sicut dixit Gal. frequenti⁹ fit in nocte q; in die qr in no
cte cū debeat qescere magis stimulaf z irritaf ꝓpter cās su
prādictas: sed q;uis ita sit nō tñ sequitur q; facilius vel per
fectius fiat. Et predcā dicūt hēre veritatez remotis causis
crisim impediētib⁹: z eā fieri ꝓhibētibus diurnis que fre/
quētius occurrūt in die q; in nocte z ceteris pibus: nā dñt
ipsi lz in nocte calor nālis sit magis vnitus: z sic magis ro
bustus: nō tñ alia requisita ad facilitatē z pfectionē crisis sūt
in nocte paria eis q; sunt in die: vt pz ex dictis. Et ppea ēt
lz sudor multiplicef in somno z somnus fiat magis tpe no
ctis: nō tñ sequif q; facilius z pfecti⁹ fiat impediētib⁹ imo
bilitate māe strictura viay z ostrictiōe porozy cutis. ¶ Qui
dā aūt dixerūt q; crisis sumpta p cōmotiōe z nocitiui a iu/
uatiuo sepatione facilius z melius fit in nocte q; in die: qr
nā magis intēta magis sollicite cōmouet mām: z nō distur
bata magis z meli⁹ sepat nocitiuū a iuuatiuo q; in die. Sz

crisis sumpta pro directione nociui ad vias expulsionis: z pro ipsius eũone facilius z melius fit in die q̃ in nocte p/pter cãs superius assignatas: Et dicũt. si cõtingat eũonem fieri in fine diei: tunc facilius z citius fit crisis pro altera/tione sumpta succedente tunc noctis frigiditate faciente plus ad alterationẽ febrilis diserasie q̃ calitas diei.

¶ De cõditionib⁹ requisitis ad pfectione crisis. Cap. viij.

Galenus in cõmẽ. affo. Ea quoꝝ crisis fit z c̃. posuit conditiones req/sitas ad pfectã crisim: z sunt numero septem.

¶ Et prima quidẽ est q̃ sit cõpleta: ita vt non remaneãt in corpore reliquie egritudinis siue materie eius. Dixit. n. Raſ. 19. pti. Crisis incõpleta est cum remanet residuum de mã morbi. Dixit. A. 2ª q̃rti. melioꝝ q̃ dẽ crisis est cõpleta in qua fiducia est manifesta apparens: que bꝫ accũtia salua: quã aliq̃ dierũ indicatiuoꝝ indicant casurã in die crisis laudabilis. ¶ Secũda cõditio est q̃ sit certa: z est illa que minime recidiuat que est illa cuius ma/teria tota locata est in mẽbro ignobili. ¶ Tertia cõditio est q̃ sit salua. i. q̃ nõ sint eius accũtie timorosa. Dixit Rasis: vbi. ꝯ. crisis existẽs a mã maligna nõ est salua. ¶ Quarta ꝯditio q̃ sit manifesta. i. eã aſcedat digõ manifesta z sit cũ manifesta eũone materie vel saltez cũ pmutatione eius ad ignobilia. Dixit enī Raſ. vbi. ꝯ. Crisis que nõ fit cũ patien/ti exitura vel eũone ad ex̃ corpus nõ est mãifesta. ¶ Quinta cõditio est q̃ sit indicata. ſ. taliter. vt eã precedat aliquis dierũ indicatiuorũ in quo appareãt signa illã crisim indi/cãtia. ¶ Et sexta cõditio est vt cõuertaſ ad bonũ. ¶ Et se/ptia q̃ fiat in aliquo die cretico laudabili: ita. n. ordinauit eas ꝑciliator. Verũtñ Gal. in cõmẽ. affo. Paroxismos z cõ sistẽtias z c̃. dixit q̃ ad pfectionez crisis requirit q̃ fiat per eũonẽ materie: z nõ p eius deriuationẽ ad extrema. Et est hoc verius. 1º q̃ in eũone illa educaſ hũor peccans morbũ faciens. 3º q̃ eũo sit ſm regionẽ. q̃rto q̃ fiat crisis cũ bona corporis ꝓsistentia nõ pturata virtute. quto vt digõne peũ/te. z sexto q̃ fieret in die cretica: quã aliquis dierũ indicati uoꝝ indicauit z sequaſ eã leuitas: z quies infirmi. ¶ Aui. autẽ scõa q̃rti. posuit laudabilis crisis solũ quatuor cõdi/tiones quaꝝ prima est q̃ sit cõpleta. ſ. per cõpletã expulsio nẽ humoris faciẽtis morbũ. scõa est q̃ sit in ea fiducia: z b erit: per precessionẽ signoꝝ digõnis. tertia q̃ habeat accũa salua. ſ. nõ periculosa z timorosa. Et q̃rta est q̃ eaz indicaue/rit aliquis dierũ indicatiuaꝝ casurã in die cretico laudabi li. Et sub his q̃tuor cõditionibus pñt cõprehẽdi oẽs cõditio nes suprapositе. Et quidã describũt predictas cõditiones in his versibus. Equa die cretico digestũ leuiter vñ. Lõpe/tit z nociuũ purgat crisis z manifeste. ¶ Et dicũt quidam sufficiẽtia ocãꝝ cõditionũ sic põt haberi. Nã in crisi perfe/cta considerantur duo principaliter. ſ. alleuiatio infirmi z eũo materie. Et si alleuiatio infirmi sic hẽtur quarta cõdi/tio. Et si eũatio mãe. tunc aut absolute aut cũ cõditionib⁹ z circũstantijs. Si absolute: z sic hẽtur scõa. Si vo cũ cõdi tionibus z circũstantijs: tunc dupliciter: qz aut ꝓsideratur eũo rõne loci aut rõne tpis. Si loci tunc aut loci a quo: z sic habetur tertia cõditio: aut loci per quẽ z sic habetur p⁹ ꝯditio. Si vero consideratur eũatio rõne tpis: z tunc du/pliciter: qz aut tpis rõne dispositionis materie: z sic habe/tur qnta conditio. ſ. q̃ fiat digestione peunte. Et hac cõdi/tione datur intelligi quedã alia conditio quã Gal. tertio de crisi videtur addere predictis: z est q̃ sit prius indicata per diẽ indicatiuũ precedẽtẽ que indicatio fit per apparitionẽ signoꝝ digõnis in die indicatiuo illo. aut fit ꝓsideratio ra/tione tpis in quo fit euacuatio: z sic hẽtur sexta cõditio. ſ. q̃ fiat in die cretico: z sequaſ leuitas z quies infirmi. ¶ Et iterũ dixit Gal. tertio de crisi: z ponit a Rabi in decima pti cula: z iã habitũ fuit supra. crisis post statu laudabilioꝝ. ve rũ parũ ante: qz digestio cõpleta fit tpe status. Et crisis fa/cta oĩ tpe vicino statui laudabilioꝝ est ea que fit in tpe a sta tu remoto. ¶ Dixit Gal. io. theorice. bona crisis in statu est acutarũ febriũ tpe quo humores subtiliati sunt: z nã mo/uet ad discernẽdũ ea q̃ bona sunt a malis: cõfortaturq̃ pel lere qõ malum est: z a corpore emittere. ¶ Dñt aũt: ad hoc vt crisis sit laudabilis nõ solũ sufficere digestionẽ factam esse materie: sed z eius cõmotionẽ fieri: nam lꝫ per digestio nẽ materia preparet expulsioni nõ tñ per eã sepatio fit no/citiui a iuuatiuo saltẽ materie existẽtis in venis in qb⁹ cõ/tinet nocitiuũ simul cũ iuuatiuo mixtũ que separatio si nõ fieret expelleret nocitiuũ simul cũ iuuatiuo: z sic crisis non esset laudabilis. Requirit ergo vt cõmotio in materia fiat digesta: vt fiat in ea sequestratio nocitiui a iuuatiuo vt ex/pellatur nocitiuum. z non iuuatiuũ: z sic crisis laudabilis subsequaſ. Sunt tñ quidã cõcedẽtes in materia sita in lo/cis valde ꝓpinquis eis posse de ea eũonem laudabilẽ fieri cõmotione in ea nulla precedẽte: qz cõcedunt in mã sic sita per digestionẽ solã factã esse sufficientẽ separationẽ nociti ui eius a iuuatiuo: z sic sequi euacuationẽ eius laudabilẽ.

¶ Dicũt predicte cõditiones laudabilis crisis pñt a medi/cis vocari cõditiones significationes z cause. Cõditiones quidẽ inq̃ztũ ꝯditionãt z limitãt pfectã crisim: z sic q̃ sine eis oĩbus crisis nõ est perfecta: sed derelinqtur imperfecta. Significatiões aũt inq̃ztũ medico significãt crisim illã esse pfectã. Et cause dici possunt inq̃ztũ sil'oẽs ꝓstituũt crisim perfectã. ¶ Crisis aũt pfecte mala. dixit Gal. tertio de cre/ticis. est illa que hꝫ ꝯditiones oẽs oppositas p̃dictis. Dix Raſis. 19. cõtiñ. Crisis eũonis añ digõnẽ est mala: qz in hac dispõne educiſ qõ nõ est nece educi: sicut accidit grauatio a multo onere qõ nõ est ꝓportionatũ portatori: z sicut ac/cidit luctatori q̃ pstratur in terra a suo aduersario. Et sicut accidit saltãti cũ violẽtia. q nõ põt cõplere suũ saltũ qn ca/dat in terrã. Dixit Gal. vbi supra Mala crisis in status tẽ/pore est cũ morbus confortaſ supra nãm z eã vincit. Incõ plete aũt z diminute crisis spẽs multe sũt ſm defectũ in cõ/ditiõib⁹ ad pfectã crisiz requisitis. Dixit Rabi in xiª pticula. Gal. dixit p̃ de creticis. Incõpleta crisis dr illa cuius egri/tudinis post crisim reliquie aliq̃ accũtiũ remãserũt. Et in/certa crisis dr illa q̃ recidiuat egritudinẽ post se. Et crisis ambigua dr illa q̃ nõ est salua: ſz bꝫ secũ praua accũtia per q̃ timeſ de infirmo. Et crisis cognita est illa q̃ nõ bꝫ eũonẽ vel saltẽ manifestã exiturã. Et crisis subita est illa quã signũ ꝓnosticũ nõ pcedit. Et dixit Gal. super 6ª epidi. vt ibidem posuit Rabi crisis imꝑfecta est cũ multa hũiditas decidit in ꝓpriũ mẽbrũ. adeo q̃ eã capere nõ põt. nã tũc reuertit su/pfluitas ad locũ suũ vl diuertit ad mẽbrũ nobile z occidit.

¶ De cognitiõe crisis in generali. Cap. ix.

tur in eleuatione ⁊ lōgitudine ⁊ diminutione ex latitudie. ¶ Et dr dixit. A. vt tactus fiat in hora ⁊ ille cuius ē pulsus sit ab ira remotus ⁊ gaudio ⁊ exercitio ⁊ oibus passionibus. s. corporeis ⁊ aialibus ⁊ a satietate q̄ grauedinem facit: ⁊ a fame ⁊ dispōne relinquēdi psuetudinē ⁊ remouēdi vsus. ¶ Dixerunt q̄dā. dr vt tangat pulsus i sinistro bra chio: q; pp aerē cordis motus eius recte tēdit ad sinistruz pp quā cām pulsus melius discernit in sinistro. Ari. ām 13° de aialibus pbauit q; cor ex trāsuerso iacet: ita q; ps latior q̄ dilatat ⁊ pstringit respicit latus dextrū: ⁊ ió dextrū lat⁹ habilius est ad agendū ⁊ mouendū: vt in pluribus q̄z sinistrū: ⁊ pfectior est pulsus in dextro: ſz magis tpatus in sinistro. Et sic innuit q; pulsus in dextro tangi dr. Aui. quoq; docuit tangere pulsuz in vtroq; pp̄ b̄ q; raro accidit q; motus pulsus sit eq̄liter in vtroq;: ⁊ si infirmus iacet sup sinistro dr tangi dextrū: q; forsan pp̄ pprehensionē esset pulsus distēperatus in sinistro ⁊ ep̄°. Q; si patiēs sit carnosus dr medic⁹ tangendo firmiter iprimere digitos sup brachiū vt caro cedat digitis ⁊ arteria melius se offerat eis: nō tñ tñ debēt stringi digiti: vt ipediat vtus a motu arterie. ¶ Ait Rabi in 4ª pti ª pulsus stricti pstrictio est incognita: ⁊ nesciturneq; sentit mō aliquo ipsius p̄n̄ pstrictionis: si aūt sit infirmus carnosus dr leuiter iprimer digitos. ¶ Et dr medicus tāgere pulsum cū q̄tuor digitis p̄m longitudinē arterie vt possit discernere pulsum longū a curto: ⁊ q; vtus debilis aliq̄n nō pōt facere pulsum sub oibus digitis: vt discernat b̄ ió dr tangi arteria cū pulpis digitor in extremitatibus eor: q; ibi est maior tēperies. Et attētius dr tāgere cū indice: q; ipse est magis apt⁹ ad discernēdū. ¶ Et dñt q̄dā. q; pulsus dr tāgi cū manu dextra ⁊ cū sinistra dr sustētare brachiū ifirmi: ⁊ b̄ q; i dextra ē maior sensibilitas: ⁊ ēt q; q̄n tāgit cū dextra puenit iñ meli⁹ ad extremū arterie vīus manū in quo loco maxie sentit pulsus: ⁊ deueniet ad hunc locū melius index in quo est melior sensibilitas attñ: ⁊ cū vtraq; manu ⁊ tangi sustētari pōt brachiū. ¶ Et non dr medicus hr̄e manus frigidas neq; nimis calidas. ¶ Et q; aliq̄n pulsus in pcessu tactus variat ab eo q; in p̄n° oñdit. aliq̄n enim in p̄n° p̄m duas aut tres pcussiones appare bit pulsus debilis vel paus: ⁊ postea in magnitudine pseuerabit. ió medicus dr diutius pulsum p̄siderare ⁊ iudicare eū p̄m illā dispōnē vel q̄litatē in q̄ inuenerit ipsum diuti⁹ perseuerare. ¶ Dixit Alex. ⁊ scribit 18° pti. cū medicus accedit ad infirmū nō dr statim tangere pulsum: q; medicus pp exercitiū cōmotus ⁊ agitatus est. infirmus ēt pp reuerētiā medici ⁊ spē: aut verecūdiā ēt cōmotus ē: ⁊ ppter si medicus est honorat⁹ laudat⁹ polit⁹ cōptus ⁊ ornat⁹ ⁊ maxime si patiēs est femina vel puella: ſz dr medicus aliquātulū qescere: ⁊ de aliqbus infirmū iterrogare vsq; quo ⁊ medicus ⁊ infirmus ad cōgruā pueniant dispōnem. Et i summa medicus ⁊ infirmus debēt esse remoti ab oi motu corporis ab iali: ⁊ ab oi occupatione. ¶ Itē nō dr medicus manū a pulsu remouere nisi post duodecimā pcussiōez aliq bñ dicunt post vigesimā: quidā vo dñt post. 100ª^m^ verūtñ tanto tpe dr pulsuz tangere quousq; discernat maxie an pulsus sit eq̄lis vel ineq̄lis: ⁊ an ordinatus an inordinatus: ⁊ an sit intrinsecus in medio cadens quos non poterit aliq̄n dignoscere nisi post plures: ⁊ plures pcussiones. Et scias. q; in corpore pulsus est magis vltimus q̄z anhelitus tū q; pulsus est mere nālis: anhelitus vo p̄o pte est voluntarius. ⁊ tū q; pulsus immediatius inheret cordi. Cū ergo dixit Ga. in cōmen. affo. Apoplexiā quidē ⁊c. q; anhelitus est vltimus intellexit in cōparatione ad alios motus volūtarios. Et iterū scias. q; vltimus motus pulsus est dilatatio: eo q; principalius intendit a nā: vt ne attrahatur aer fridus in refrigeriū ⁊ p̄fortationē caloris inati: ⁊ b̄ ē verū stante vita ⁊ aīa ente adhuc corpori vnita vez est tū q; post separationē aie a corpore sequit pstrictio: q; tunc cor relinquit nāe siue ppie q̄ grauis est cuius est ad centrū tendere talis tū pstrictio nō est essentialis pulsui: cū nō fiat a virtute aie neq; pp causas essentiales pulsus.

¶ De generibus pulsus. Cap. iiij.



Genera pulsus sumunt a pulsu inq̄tum pulsus est: aut a q̄busdā annexis arterie pulsanti. Et p̄ª q̄ sunt sumpta a pulsu. dixit Auer. 4. col. sunt septē q̄. ppie gña pulsuū appellant. Primū sumit a q̄titate dilatationis arterie. 2ª a q̄titate tpis motus. 3ª a q̄titate vtutis mouētis. 4ª a tpe qetis. 5ª a pportione duop motuū ⁊ duap qetū. 6ª a pmutatione pulsus: ⁊ sua assimilatione siue tēperie 7ª ab ordinatione motus ⁊ qetis inordinatione. Ab annexis aūt arterie tria sumunt gña pulsus q̄ tñ non sunt ppe gña pulsus ⁊ sunt genus sumptū a pximento in arteria: ⁊ genus sumptū a q̄litate arterie ⁊ carnis circūdantis eā ⁊ genus sumptū ab essentia ipsi⁹ arterie: ⁊ sic sunt in sūma gña decē. ¶ Dixit Aui. dixim⁹. q; gña pulsus ex qbus medici dispositionē pulsus cognoscunt p̄m q; ipsi referunt sunt decē: q̄zuis eis fuisset nec̄iū: vt posuissent ea nouē ⁊ enumerat ea: ⁊ sunt illa eadē q̄ dicta sunt. Et p̄dicta gña sunt sub alterna habētia sub se species. In quātū enim sub gñalior genere posita sunt possunt vocari species genera. Possunt ēt vocari differentie: ⁊ q; differunt: ⁊ q; differre faciunt.

¶ Primū ergo genus q̄ est sumptū a q̄titate dilatatiōis arterie diuidit p̄m tres dimēsiones siue dyametros. q̄ sunt longitudo latitudo ⁊ pfunditas. Et p̄m vnāquāq; dictarū triū dimēsionū tres resultant spēs pulsus simplices. p̄z. n. longitudinē resultat lōgus curtus siue breuis: q; ēt dr mutilus q̄si mutilatus ⁊ incisus ⁊ medius inter eos. Et p̄m latitudinē resultat latus strictus qui aliq̄n dr subtilis ⁊ medius inter eos. Et p̄m pfunditatē resultat pulsus altus siue eleuat⁹ siue eminens ⁊ pfundus siue occultus siue submersus siue deppressus. Et sic p̄m istud genus hūr nouē species pulsus simplices. ¶ Et pulsus longus ē ille. d. A. cuius ptes in longitudine. s. arterie sentiunt pluſq̄z in nāli absolute. ¶ Et pulsus nālis absolute ē ille qui est eius q; est tpat⁹. s. simpliciter semp: aut sentit in longitudine pluſq̄z nālis q; est eius q; est p̄dicto ppinquus: vt q; est tpatus simpliciter vt multū aut pluſq̄z nālis q; est ppr̄ius in illa ꝯplone. nam in oi cōplexione distēperata est dare mediū q; est tpatus in cōplone illa. dixit Alm̄. cū pulsus in brachij lōgitudine tactu manifestior occurrit q̄z in tpe sanitatis a phis longus dr. sentit aūt in longitudine sub q̄tuor digitis: ⁊ si digitis eleuatis ⁊ appositis in brachio superius vsus cubitū ēt eis pulsus occurrit. tunc max^e^ longus dr. ¶ Et pulsus curtus est longo oppositus. Dixit Auer. 4. coll. longus est q; extē dit in longitudine pluſq̄z in latitudine ⁊ pfunditate hoc ē qui trāsit q̄tuor tangentes digitos ⁊ curtus est ei ꝓrius. Quidā tñ dicunt. q; curtus b̄z q̄nq̄z fieri ex defectione nāe ⁊ cognoscit q; semp in deterius pcedit. Et aliq̄n fit ⁊ vtus aliq̄n figit: vt vires suas ꝓbat: vt ꝓ morbū fortius agat cō similiter arieti q; vt fortius currat ⁊ feriat ꝓbit se: ⁊ tunc vires suas ꝓcipit ⁊ assumit. ¶ Dixit. A. p̄m hanc regulā iudicabis de alijs duabus spēbus nā latus pulsus ē ille q; in latitudine excedit digitos tāgētis pluſq̄z faciat pulsus hois tpati sp vel vt multū vel tpati in ꝯplone sua erit enim pulpis digitor tāgentis in latitudine. ¶ Et strictus ē q; ē lato oppositus. ¶ Et pulsus altus est ille q; eleuat ad digitos tāgentis pluſq̄z pulsus hois tpati vel sp vel vt multi vel tpati in ꝯplone sua eleuat enim arteria versus carnē ipellēdo ipsam ad digitos tāgentis. ¶ Et pulsus ꝓfundus est ei oppositus. ¶ Et iter oēs tres dr̄ias dictas dat pulsus medi⁹ q; mediū tz: ⁊ ē mediocris i sua dimēsiōe: q; nec excedit nec extēdit ab aliq̄ extrēitatū: ſz tz i sua dimēsiōe tpam̄tū: vt q; tpatus est in longitudine ⁊ curtitate re^li^ pulsus hois tpati simplr̄ vel vt multū vel tpati in ꝯplone sua: ⁊ silr̄ est de me/

Pulmus genus sūptū a q̄titate dilatationis arterie.

Pul. longus.

Pul. curtus.

Pul. latus

Pul. strictus.

Pul. altus

Pul. profundus.

Pul. medius iter dictas differentias.

dio inter latū ⁊ strictum. de medio inter altū ⁊ depressum.

Pul. mag nus pus ⁊ medius.

¶ Ex ꝑdictis ãt differẽtijs pulsus simplicibus cū adinui cẽ cõponunt multe spẽs pulsus cõpositi resultant: q̃rũ quibusdã sunt noia ipposita ⁊ qbusdã nõ. Et de hũtibus nomẽ sunt q cũ pulsus ꝑm oẽs dimensiones augmẽtatus fuerit supra nãlẽ mõ dicto vocaꝫ magnus ⁊ cũ diminutus fuerit ꝑm oẽs dictas dimẽsiones vocaꝫ puus. Et iter eos est medius ⁊ est tpatus. ¶ Cũ aũt augmẽtatus fuerit altitudine vocaꝫ grossus: ⁊ qui in his duobus dimensionibus diminutus fuerit vocaꝫ gracilis siue subtilis ⁊ inter hos est medius. Et dicunt quidã q grossus pulsus aut est cũ repletione arterie: ⁊ signiat intẽtionẽ nãe in eũando per fluxũ sanguinis nariũ: aut est sine repl'one ⁊ signiat intẽtionẽ nãe in eũando per sudorẽ: q̃ nã est ꝑm totius corꝑis habitudinẽ, gracilis vo pulsus fit pp coadunationẽ vtutis: sicut in ꝑn⁹ paroxismi. aut pp resolutionẽ vtutis. sicut accit in approximatione ad sincopim.

Pul. grossus gracilis ⁊ medius.

¶ Spes aũt carentes nomine sunt multe: sicut cũ pulsus est augmẽtatus in longitudine ⁊ altitudine: aut in longitudine ⁊ latitudine: aut in longitudine ⁊ gracilitate: aut in curtitate ⁊ strictitudie: aut in lõgitudie ⁊ subtilitate aut in longitudine ⁊ ꝑfunditate: aut in latitudine ⁊ altitudine: aut in latitudine ⁊ ꝑfunditate. Et põt cõponi q̃libet extremitas de ꝑdictis cũ medio aliaꝝ octaꝝ dr̃iarũ. nõ habuerunt aũt ꝑdicte spẽs noia ipposita: q̃ vt dixit Auer. difficile est eaꝝ ꝓpositionẽ cognoscere tactu scias tñ q pulsus curtus: vt ex dictis seq̃t nõ põt esse in pulsu magno sil'r neq; ꝓstrictus neq; occultus.

Pul. spes carẽtes nomine.

¶ Dñt qdã q oĩs pulsus: aut est magnus absolute aut ꝑm qd. Et sil'r aut est puus absolute aut ꝑm qd. Et magnus ⁊ paruus absolute sunt q dicti sunt supra. magn⁹ aũt ꝑm qd est ille q est augmentatus ꝑz vnã dimẽsionẽ tñ vel ꝑm longitudinẽ vel ꝑz duas. Et sil'r puus ꝑm qd ẽ ille q est: aut diminutus ꝑz vnã dimẽsionẽ tñ aut ꝑm duas. ⁊ ꝑm hoc appet vnũ ⁊ eũdem pulsũz ꝓtingere posse esse magnũ ꝑz qd in altitudie: ⁊ puũ ꝑm qd in longitudine.

Pul. de magnus ⁊ paruus absolute: ⁊ secundũ qd

¶ Et dicunt. q q̃uis nulli corꝑi sano pulsus ꝓueniat tpatus absolute nisi corꝑi absolute tpato. tñ alicui corꝑi distẽperato põt ꝓuenire accñtaliter pulsus tpatus tpantia gradual: qõ sic ꝑsuadent: aliqõ corpus põt pp distẽperantiã accidentalẽ hr̃e pulsum absolute magnũ qõ corpus tendens ad mortẽ habebit pulsum absolute paruũ. ergo polẽ est ipsum habuisse pulsuz gradus tpati. añs est notũ ⁊ ꝑna tz: q̃ non itur ꝛ extremo ad extremũ nisi per mediũ.

Scõm genus sũptũ a tpe ⁊ motu.

¶ Scõz genus est illud qõ sumiꝫ a tpe ⁊ motu. ⁊ diuidiꝫ in velocẽ ⁊ tardũ ⁊ mediũ. Et velox est q in paruo tpe cito perficiꝫ ꝑm dilatationẽ vel ꝓstrictionez. Et tardus est qui in magno tpe perficiꝫ ⁊ medius mediocritatẽ tpis obtiet.

Tertiũ genus sũptũ a q̃itate vtutis mouẽtis siue. vt dixit Aui. a q̃litate pcussionis vene in digitos: ⁊ diuidiꝫ in tres spẽs. s. in fortẽ debilẽ ⁊ mediũ.

Pul. fortis.

¶ Et fortis ẽ ille q extrema digitoꝝ fortiter pcutit. q̃re digitos a se q̃dã vtute vr̃ expellere. Et Aui. dixit. ẽ ille q apõ dyastolẽ tactui resistit. Et dixit Ga. 8° pulsuũ. q pulsus fortis tactũ fortiter pcutit. a qbusdã validius vocaꝫ. Et quidã dicunt cũ arteria digitos vehementer ⁊ virtuosa ipulsione pcusserit: ⁊ cũ ꝓstringiꝫ eius non destruiꝫ motus fortis vocaꝫ. Et arteria quidẽ põt resistere actui dupliciter: vno mõ ꝑ eius fortẽ pulsionẽ dato q ipsa sit mollis vel mediocris in dispõne essentie sue. Et ista resistentia est q̃ ꝓstituit pulsũ fortẽ. alio mõ ex parte modi essentie eius ꝑ quẽ dato q arteria debiliter pcutiat tangentẽ: q̃ tñ essentia sua cõpacta est ⁊ dura facta resistit tactui: ⁊ ista nõ ꝓstituit pulsum fortẽ ꝑz durũ: vt infra patebit.

Pul. debilis.

¶ Et pulsus debilis est fortiop positus. debiliter enim ⁊ absq; ipulsione digitos pcutit ⁊ pulsus medius mediũ inter eos obtinet.

Pul. validus.

¶ Et pulsus qdẽ validus differt a magno qm̃ validus motionẽ ⁊ tenorẽ virtutis insequiꝫ magis vo ꝑz tres dimensiones ꝓsideraꝫ. Et dixit Ga. 5° pulsuuz: ⁊ scribiꝫ a Rabi in 4ª pticu. nunq; inuenir pulsus valde magnus vel valõ fortis tardus: ꝑz multoties inuenies pulsum valde magnũ velocẽ. ¶ 4ᵐ vo genus q̃ est sumptũ a tpe quietis eius diuidit in tres spẽs. s. in spissum seu frequẽtẽ ⁊ rarꝫ ⁊ mediũ inter eos.

Quartus genus sumptũ a tpe quietis.

¶ Dixit Aui. q pulsus frequẽs dr̃ ẽt ꝓseqns. ⁊ pulsus rarus dr̃ pulsus lapsus: ⁊ dr̃ ẽt resolut⁹.

Pul. spissus.

¶ Dixit Auer. G. dixit q pulsus spissus est ille in quo tps qetis post suã ꝓstrictionẽ est paruũ: ꝑz b̃ non pcipit nisi ille qui ꝓpreb̃dit q̃ztatẽ qetis q̃ est post ꝓstrictionẽ: ⁊ q hoc nõ cognoscit nescit dr̃iaz iter pulsum velocẽ ⁊ spissuz: ꝑz hoc graue est inuenire: tñ nõ vr̃ ipolẽ. multũ pfectis qui sunt optimi sensus: q̃ oẽs hoies nõ sunt eq̃les in hoc sensu: sicut nõ sunt eq̃les in bonitate ⁊ sollicitudine intellectus.

Pul. frequẽs siue conseq̃ns.

¶ Et Aui. dixit pulsus frequens est in quo tps sensatũ: q̃ est inter duas pcussiones ẽ breue Et b̃ qdẽ tps est q̃ ex sistole cognoscit. si vo sistoles nullo mõ cognita fuerit erit tps q̃ inter oẽs duas dyastoles ꝓtinuat: ⁊ si ipsa cognita fuerit erit ꝑz duo tpa duoꝝ extrẽoꝝ. Et qdã dñt. q istud tps attẽdit in qetibus q̃ sunt inter dilatationẽ ⁊ ꝓstrictionẽ. Et spissus ẽ in quo tps mensurãs qtẽ mediã est puũ. Dicũt qdã ꝑ intellectu vboꝝ Aui. q dicimus pulsum esse. s. freq̃ntẽ q̃n inter dyastolẽ ⁊ sistolẽ modicũ tps interuenit: ꝑz si sistoles nullo modo esset cognita: tũc tps q̃ inter duas mediat dyastoles est tps rr̃ cuius dr̃ pulsus freq̃ns aut rarus. ꝑz si sistoles fuerit cognita: tunc ꝑm duo tpa duoꝝ extremoꝝ erit pulsus freq̃ns rarus aut mediocris. i. ꝑz tps extremi siue qetis q̃ est inter sistolẽ ⁊ dyastolẽ ⁊ tps extremi seq̃ntes: ⁊ tps extremi seu qetis q̃ est inter dyastolẽ ⁊ sistolẽ sequẽtes. appellaꝫ aũt freq̃ns vel rarus nõ a qete: ꝑz a motu principaliter: q̃ est q̃n modico tpe qescit: ⁊ multo tpe mouẽt freq̃ns: ita q tps q̃ ẽ inter motũ ⁊ motũ ẽ breue: sicut dicimus de aliquo hic frequẽter bibit q̃n modicũ ẽ tps quo nõ bibit. Et appellaꝫ ꝓsequẽs a cita ꝓsequutiõe motus post motũ. q̃n. n. cito post dyastolẽ sequiꝫ sistoles talis pulsus ꝓseqns appellaꝫ. q̃n aũt sistoles ẽ cognita spẽs huius pulsus attẽdit rr̃ tps: q̃ est inter dyastolẽ ⁊ sistolẽ ꝑz q̃n nõ est cognita: tunc rr̃ tps q̃ est inter dyastolẽ ⁊ sistolẽ pulsus. nã ꝑz. 2ª dyastoles ad sequẽtẽ pulsum attineat: qes tñ q est inter hanc ⁊ sistolẽ ꝑcedentẽ attinet ꝓio pulsui tanq; pars 4ª eius.

Pul. spissus dr̃a re loci. Pul. rar⁹

¶ Dñt qdẽ. differt pulsus spissus a velocitate ꝑm ꝓtinuũ ⁊ discretũ: spissum. n. ꝓtinuũ dicimus: velocẽ vo discretũ.

¶ Pulsus quoq; rar⁹ dr̃ lapsus: q̃ sicut corꝑa lapsa multũ pausãt: ⁊ multũ tpis ponunt iter motũ ⁊ motũ: ita pulsus rar⁹ dr̃ ẽt resolutus: q̃ ceteris paribus plus alijs ꝑ resol'onẽ ꝓtingit virtutis.

¶ Scias q pulsus freq̃ns põt esse sil': velox: ⁊ põt esse sil' ⁊ tardus: ⁊ põt esse sil' ⁊ medius inter velocẽ ⁊ tardũ: sicut põt q̃s moueri motu tardo modicũ tñ iponere spaciũ siue tps inter motuz ⁊ motũ. vt ꝑz de formica q̃ tarde mouẽt quo tpe tñ qescit. Et pulsus qdẽ fortis põt esse sil' velox: ⁊ sil'r sil' ⁊ tardus: ⁊ sil'r ⁊ medius inter velocẽ ⁊ tardũ. Et pulsus debilis ꝑt sil'r sil' esse velox: ⁊ sil'r tardus: ⁊ sil'r mediꝰ inter velocẽ ⁊ tardũ. Et scias. q auctores nõ fuerunt multũ sollicíti de ꝓpria significatione dictoꝝ noiuz dr̃iarũ pulsus, imo i dictis eoꝝ sepe reperiꝫ positus velox ꝑ frequẽti ⁊ eo°. ⁊ rarus ꝑ tardo ⁊ eo°.

¶ 5ᵐ genus q̃ sumiꝫ a silitudine vel dissilitudie seu a diuersitate siue a cõcordia vel discordia seu ꝑm q̃litatẽ vel ineq̃litatẽ seu diuersitatẽ cadit in oibus generibus supdictis ac ẽt in genere sumpto ab essentia arterie de quo ife rius dicẽt. Et diuidiꝫ in eq̃le siue diuersuz. de quo dixit. G. in micro pulsus: ⁊ scribiꝫ a Rabi in 4ª pticula. ineq̃litas ẽ corruptio pilitatis ꝑm quãcũq; spẽm. i. ꝑm dicta genera: ⁊ eoꝝ spẽs. sup. ⁊ eq̃litas est cõseruatio pilitatis ipsoꝝm. Et subdit. ipossibile est reperiri pulsum parilitatis. i. equalem nisi raro: ꝑz cũ pestis est parua facit pulsum inequalis pilitatis: ⁊ cũ est magna facit pulsum ineq̃lis imparilitatis.

Quintus genus sumptũ a simlitudine vel dissimilitudine.

Pul. eq̃lis. Pul. diuersus.

¶ Dixit Alm̃. cũ vnaquaq; percussionũ siue cõparij in magnitudine fortitudine ⁊ velocitate: ⁊ in alijs que sunt post

ista similis inuenit dr pulsus equalis. Et cū ita non fuerit dr diuersus hec aūt qnqz diuersitas in vna inuenit pcussione:ita vt eius dissimilitudo percipiat vnius digiti tactu aut duop:aut pluriū. Et medici huius diuersitatis multas notant spēs cū diuersitas ꝑm vnū euenerit circulū: z neqz ab eo se remouerit. ṽ.g. vt per tres eqles percussiones vna diuersa inuenit:aut inter oēs quatuor aut inter oēs quiqz aut si inter oēs quaslibet:z equales due notant percussiones diuerse q deinde circulariter ꝑm hoc exemplū inueniūtur. de hoc pulsu. dixit Aui. q dissimilitudo huius pulsus aut est partiū vnius pulsus:aut est vnius partis pulsus:z in quinqz rebus. s. speciebus pulsuum: q sunt magnitudo z paruitas fortitudo z debilitas tarditas z velocitas spissitudo z raritas duricies z mollities eorūz z attendit modus. ¶ Et diuidit pulsus equalis in pulsuz equalē absolute z equalē non absolute z pulsus equalis absolute. dixit A. est ille qui in oibus differentijs supradictis est eqlis. Et equalis nō absolute est ille qui non est eqlis in oibus: sz in aliqbus vel aliqua ipsaꝝ. Et dr equalis ꝑm qd:q: ꝑm illaz dr̄iam in q est eqlis. ¶ Et pulsus ineqlis siue diuersus. dixit. A. est ille q non est equalis nec absolute nec ꝑm quid.

¶ Scias q eqlitas z inequalitas inueniunt in pulsu z cō parant sibi inuicē cōpares partes. s. dyastoles dyastoli z systoles systoli z qes qeti. cum. n. pares cōpares sibi inuicem erunt eqles: tunc erit pulsus equalis. nō aūt attendit in pulsu eqlitas dyastolē cōparādo systoli nec ep°. stat. n. apud medicos pulsum esse eqlē: z tñ systolē esse maiorē dyastole vel ep°: aut ēt tps qetis nō esse tpi equale dilatationis z ꝓstrictionis. ¶ Et pōt equalitas in pulsu attendi p̄ in pluribus pulsibus: vt dicamus prio pulsum fore eqlē cuius plures dyastoles sunt equales quo ad oēs dr̄ias supradictas. ṽ.g. q pulsus est eqliter magnus vel eqliter paruus vel eqliter medius inter eos: z ꝓsimiliter veloci z tardo: z alijs dictis differentijs. 2° modo pōt attendi eqlitas penes distinctas ptes eiusdē pulsus primo per ptez tangendo partē arterie pulsantis. ṽ.g. sub quatuor digitis pulsat arteria eqliter. Et similiter attēdit ineqlitas: vt vna pars arterie sub vno digito faciat pulsum maiorē qz sub alio: z sicut pz in pulsu vndoso vel serrino in quibus vna parꝫ maiorē causat pulsum qz alia. 2° mō per partē tangendo vel intelligendo pulsum ptialis motus. vt qñ dyastoles ꝓportionant z equant systoli. tunc. n. dr̄ equalis z qñ nō dr̄ ineqlis 3° mō pōt attendi eqlitas z ineqlitas rel vnius partis pulsus: vt q: arteria sub vno digito exñs in ꝑn°maiorē causet dilatationē qz in pcessu: z ēt hanc inequalitatē attendere possumus in parte eadē rel dilatationis z ꝓstrictionis. neqz putes Aui. voluisse q in vna pte pulsus possit cadere ineqlitas in dictis quinqz differentijs: sz voluit q possit cadere in pluribus pulsibus: aut in vno qztū ad diuersas ptes. quantū aūt ad vnā ptē pōt pulsus diuersitas reperiri. ita q in vna dictaꝝ qnqz differentiaꝝ sufficiat in vna parte pulsus diuersitatez esse reptam. ¶ Dixit Auer. 4° colli. equalis est: vt oia genera pulsus ꝑm modū vnū ocurrāt hoc est:q: si est magnus in sua magnitudine perseueret: z similiter de alijs differentijs. Et diuersus bz duas spēs:q: aut in oibus:aut in vna seu in pluribus pulsationibus. ¶ Constā. aūt dixit. q pulsus equalis est cuius percussio est eiusdē eqlitatis in digitorū extremitatibus ꝑm oēs pulsuum dr̄ias: z non eqlis est cuius pcussio diuersificat ꝑm oēs dr̄ias vel ꝑm aliquas: vt sit. ṽ.g. aliqñ spissus aliqñ rarus aliqñ velox aliqñ tardus z sic de alijs. Et dixit. dr̄ ēt equalis, sed non absolute qui ē equalis ꝑz aliquā dr̄iam. Et similiter dr̄ inequalis verus q est inequalis ꝑm qd: aut est inequalis in multis differētijs aut in paucis. ¶ Sextū genus ab ordinatione z inordinatione reuera est repositū sub pulsu ineqli: z nō est genus distinctum per se ꝑ alia gña. Et ppea dixit Auic. q non erat necū medicis ponere gña pulsuuz nisi nouē: qm cū certificamus hoc genus: qō apud Aui. est. 10m ē sicut si esset gñis noni. i. gñis qui nti: qō apud eū est genus 9m spēs intrans sub ineqli. Et ineqlis diuidit in ineqlē absolute z inqlē ꝑm qd. Et inequalis ꝑm quid diuidit: q: aut est ineqlis in vna dr̄ia aut in pluribus. Et qui est ineqlis in pluribus aut est ineqlis in pluribus multis: vt in quatuor aut in pluribus paucis vt in duabus. Et ineqlis tā absolute qz ꝑm qd diuidit in ordinatū z in inordinatū. Et ordinatus est ille, dixit Aui. cuius diuersitas bz ordinē ꝓseruatū super quē transit z est ꝑm duos modos. Aut enim est ordinatus absolute: z est cū totū illud qō ex eo ꝙuenit non bz nisi tm̄ diuersitatē vnā aut est ordinatus qui est ꝓpe: z ipse est qui bz duas diuersitates aut plures: sicut si ibi esset circulus z alius circulus ab eo diuersus sz ambo ad suū redirent ordinē: sicut si esset vnus circulus. i. sicut si ibi essent duo circuli diuersi z ābo redirēt ad ordinē ac si ābo vnū facēnt circulū. Et ieqlis inordinatus ē ille q est ꝑdicto ꝑ̄ius. Dix Aue. vbi. s. diuersorū pulsuū qdā ē ordinat?: z est ille q multis reuolutionibus suā seruat diuersitatē. z qdā est non ordinatus: z est ille q suā diuersitatem nō ꝓseruat. Dicunt qdā q diuersitas ordinata est in idē terminans z inordinata est ep°. ordinata. n. est que mouet pulsum: z in idē vnde inceperat reducit ipsum: vt si sint tres magni z eqles z tres parui z eqles vel duo pui: z eqles a capite in magnos z puos redeundo: z similiter est in oibus alijs differentijs. ineqlis aūt inordinatus est ꝑ̄ius predicto. ¶ Et dicunt qdā q ordinatio z inordinatio pōt attendi ēt in pulsu ponderis: z erit ordinat? pulsus bon: z laudabilis ponderis z inordinatus huic oppositus. Et dicunt. ordo nō est aliud nisi debita dependentia posteriorꝭ a prioꝭ: aut est debita ꝙnia posteriorꝭ ex pori. Et inordinatio est huic opposita. Et dicunt. ois pulsus ordinatus est diuersus vel ineqlis: z ideo pulsus tpatus nō pp̄res nō nāles variataꝫ est dict? ordinatus vel inordinat? q: pulsus tpatus nō est diuersus. Et hinc est qō ista ꝙnia nō vz iste pulsus nō est ordinatus: ergo est inordinatus. tēperatus. n. pulsus non est ordinatus nec tñ est inordinatus. nam ordinatio z inordinatio diuersitatē p̄supponit que nō est in tpato. Notant tñ q ꝑm aliquē modū loqndi dicere possumus pulsum tpatū ordinatū: q: dicere pssumus in pulsu tpatio esse prius: z q posterius debite sequet ad suū prius: z sic aliquo modo in pulsu tpato pōt attendi ordo sz tñ ꝑm modū loquēdi auctoꝝ de ordinato z inordinato in tpamēto mō cadit ordo: q: ꝑm eos ordo attendit in pulsu penes diuersitatē vel diuersitates in pulsu reptas. Et iterū dicunt pulsus ordinatus est duplex vnus ꝑp̄rie dictus qui est diuersus ineqlis cū ordine. Et alius ip̄ropie q est vniformis equalis: z perseuerans in tali eqlitate q pseuerantia dici pōt quidā ordo: z iste non est diuersus sz eqlis ordinate pcedens z debite. Et hunc pulsum tetigit Ha. 5° affo. in cō men. affo. qbuscunqz squinātē effungiunt ꝛc̄. Et dixit. pulsus ordinatus absolute est ille qui inter ceteros maiorē cōtinet ordinē. Cū ergo pulsus vnā tm̄ est hñs diuersitatem maiorē ꝓtinens est ordinem z minorē ineqlitatē: iō absolute ordinatus est dicendus. Et exēplū huius est: vt si pulsus sit magnus: z in q̄rta pcussione fiat puus: z post eā redeat ad magnū: z in octaua percussione corr̄ndente ꝓme q̄rte iterꝭ fiat paruus: z sic vlterius pcedat in post oēs tres percussiones magnas fiat vna parua hunc pulsum diuersum dicimus cuius diuersitas est ordinata. ¶ Notant tñ q oiꝭ pulsus hñs vnā diuersitatē tm̄ est ordinatus: sz qui vnā habens diuersitatē ꝑm eā ordinate pcedit. i. ꝑm vnū modū diuersitatis. vñ pulsus qui in p̄a percussione est paruus. deinde in 3a est paruus deinde in 7a vel 8a est puus est pulsus diuersus: sz nō est ordinatus: q: ꝑz diuersitatē illā nō ordinat alteri pulsui. Et dicunt imaginari possumus q pulsus ordinatus vnam habens diuersitatē sit sicut vnus circulus sicut enim in vno circulo fit transitus de vno puncto circu

Pul. ordinatus.

Pul. inordinatus.

Aliqs pulsus pōt eē nec ordinatus nec inordinatus.

lariter in eundem punctū. ita in hoc pulsu fit transitus de vna diuersitate in eandē vel sibi ꝓsimilē. Cū vō diuersitas ſm ordinatū non inueniat circulū pulsus inordinatus dr. ¶Pulsus aūt ordinat⁹ ñ absolute: ſz ſm qd est qui duas hz diuersitates: aut plures ordinate ꝓcedentes. ¶Et notant q vna diuersitas vel plures attendi pōt: aut rōne plurīū rerum. i. dr̄iaꝝ pulsus ex qbus sumit diuersitas: aut rō ne pulsationū. v. g. sicut pulsus in 3ª pcussione vnā tm̄ pōt habere diuersitatē: q: ex pte magnitudinis vel velocitatis vel ꝛc̄. ita pōt habere plures. nā i 3ª pulsatione pōt esse pu⁹ z tardus. Et ista sunt plura ex eis in qbus attendit diuersitas. ſ. puitas z tarditas exemplū de diuersitate i ordinatione pulsationū est si pulsus sit diuersus in 3ª pcussione: q: ex pte vnius illaꝝ quinqz rex dictaꝝ: z ꝓtinue ꝓcedat ordinate hz pcussiones cozrñdentes: z tunc in eo erit diuersitas ordinis ex pte pcussionū diuersarū. Et dicunt q pulsus cuius 2ª pcussio nō cozrñdet ꝑme: ſz 3ª cozrñdet p^e z 4ª 1^e z 5ª 3^e z 6ª 4^e: z sic vlterius est ēt pulsus diuersus ordinatus. nā 3ª percussio ꝓcedit cozrespondendo ꝓme z 4ª 2^e 3ª ꝑme p impares z ārta scōe per pares. ¶Dixit. A. si volueris dilatabis sermonē tuū. ſ. in assignando plures eq̄litates aut ineq̄litates in pulsu: z ꝓsiderabis alias partes eq̄litatis ab alijs suprādictis quinqz generibus: fortior tñ ꝓsideratio eq̄litatis z inequalitatis ad predicta quinqz genera iaz dicta est. Jté aut alie res in quibus pōt ꝓsiderari equalitas z ieq̄litas sunt maxime tres. ꝑma est ex genere sumpto ex repletione z inanitione pulsus: vt si pulsus appareat equaliter plenus aut equaliter vacuus aut inequaliter. scōa ē ex genere sumpto ex qualitate arterie: vt si appeat arteria: z caro suprā eā posita equaliter calida: aut equaliter frīda vel inequaliter vel ꝓsimiliter vtrū appareant equaliter hūda vel eq̄liter sicca vel inequaliter: humiditas tñ z siccitas arterie nō est ita cōprehensibilis per tactū sicut caliditas z friditas. Et tertia res est in genere ponderis: vt. ē. patuit.

Septimū genus sūptū a ꝓportione motuuz z getū eius

¶Septimū genus qō est sumptū a ꝓportione duoꝝ motuum z duaꝝ quietū: siue. vt dixit Auer. 4. colli. a ꝓportione ātuor tm̄ pulsus. ſ. mensurantiū duas quietes z duos motus eoꝝ a via nāli exitus eius. vt motus dilatatiōis sit maioris cōparationis ad motū ꝓstrictionis q̄z debeat aut eq⁹ motus ꝓstrictionis sit maioris cōparationis debito ad motū dilatationis: aut vt quietes sint maioris ꝓparatiōis ad motus debito: aut sit ꝑmutatio in quietibus inter se. Et est cōparatio eaꝝ adinuicē sicut est ꝓparatio motuū.

Pulsus eq̄ fiue boni ponderis: z mali siue nō eq ponderis.

¶Dixit ergo Auer. istud genus diuidit in pulsum equi ponderis: z nō equi ponderis z motus equi pōderis ē equalis: z hz cōparationē duoꝝ motuū adinuicē ꝓparatione nāli z per viā nāe. Et similiter hz ꝓparationē vnius quietū ad alteram: z ēt illā que nō est motuū ad quietes. Et iste cōparationes diuersificant scōm diuersitatē etatū tm̄ z ꝓplexionū. Et. d. Auer. q Ga. dixit. q iste cōpōnes nāles non inueniuntur nisi ſm vnā cōpositionē notaꝝ musicaliū ꝓportionataꝝ z ordinatarū: que est cōparatio dupli aut partis. Et dixit q minor ꝓportionum sentitaꝝ in pulsu est illa q̄ multiplicat partē. al's. q̄rtū multiplicati cōparatione vnius ptis multiplicate duaꝝ ptiuz. Et dixit Auer. si ita est. vt dixit Ga. mirabile est: ſz cōprehendere cōpones istas difficile ē: q̄uis multi hoies eas in musica cōprehendāt: ꝓpea q note musice hūt supfluā extensionē. ita q minor extensio illaruz pōt cōprehendi exēplo: z est illa que multiplicat ex. 36. ptibus vnius partem vnā. Et huius verba sunt alterius sciētie: z huic per accūs est nēcia parū: ſz in pulsu sunt tpa breuia ad inueniendū hanc cōparationē in eo: z adhuc magis q: ges existens post sistolem difficile est inueniri eo q arteria ē super carnē. Alm̄. tū dixit. inter vnū duoꝝ tēporum pulsus ad aliud inuenit ꝓportio ꝓpria in vnaq̄q; etate. cō paratio. n. istoꝝ duoꝝ tēporū in etate puerili non assimilatur cōparationi eoꝝ in etate adolescētie aut iunētutis neq; senectutis aut senij. Et hec cōparatio pondus vocat. q̄ppcum pulsus in aliq̄ etate ꝓpriā cōpōnē ipsius etatis seruauerit dicet pulsus hūs pondus z dicet boni z iusti ponderis vel noibus horū similibus appellabit: z cū hoc nō seruauerit: ſz ad pondus alterius etatis puersus fuerit: vt dū pondus etatis pueritiꝛ ad pondus etatis iuuentutis mutatū fuerit dicet pulsus diuersi ponderis: z vocabit pulsus nō ponderatus aut noibus horꝝ silibus. Et scias q sicut attendit pulsus ponderatus ſm etates. ita silr attendi pōt hz alia ꝑticularia maxie ſm cōplexiones z tpa anni. ¶Dixit Raſ. p̄. pti. pondus pulsus est duplex. vnū ꝓportionando tps depressionis ad tps elcuationis: z aliud ē qetis ad qtē z cū appropinquant equalitati sunt ponderati. z cū non appropinquant sunt iponderati: z habent augm̄ ponderatiōis diuersuz qō dz seruari in q̄libet etate. Et qñ abest nō ponderat. ¶Et dixit auēitate Ga. in li. de pulsibus. abbreuiatio pondus pulsus est tps eleuationis ordinatū ad tps depositionis in longitudine z breuitate: z iō non sentit dio pondus q non sentit dispositionē. Et ait Raſ. dico qui sentit q̄titatē depōnis: z qtē que est post eam z ꝓportionez q̄titatis depōnis ad eleuationē: cognoscet q pondus pulsus est q̄titas eleuationis ꝑmi tpis ꝓportionati ad 2m tps eleuationis. Et hoc nō est ispissitudo pulsus: q: ispissitudo est cū tps qō est inter eleuationes erit breuius q̄ fuisset. Et hec est ꝓportio tpis qetis ad tps motus.

In pulsu reperit nā musice.

¶Dixit. A. debes scire q in pulsu reperit nā musice: qm̄ quēadmodū ars musice ꝓfert p adiunctionē sonoꝝ ſm ꝓportionē comitantē acuitatē inter eos: z grauitatē per circulos casuū tēporum que sunt inter eos pcussiones: silr est dispō pulsus: q: ꝓportio suoꝝ tēporum in velocitate z spissitudine est sicut ꝓportio sonoꝝ eius z ꝓportio dispōnū m eius in fortitudine z debilitate z in q̄titate est sicut ꝓportio adiunctionis eius. Et quēadmodū tps faciēdi q̄titas sonoꝝ est cū cōueniētia: z est cū nō sunt ꝓuenientia. silr est cū ibi diuersitates sunt ordinate z est cū sunt inordinate. Et ꝓportio ēt dispōnū pulsus in fortitudine: z debilitate z q̄titate est cū ē ꝓueniens z est cū nōtimo est diuersa. Et h̄ qdē est egrediēs a genere ꝓsiderandi ordinē. Et dixit Ga. aut vī q illud qō pōt sentiri ex ꝓportionalitatibus ponderis est ſm vnā p/portionē musicaꝝ notarū aut hz ꝓportionē totius z qnqz. Et est ꝓportio triplicum est ꝓportio dupli adiuncta cū p/portione addentis medietatē: z est qñ est ꝓportio q̄ dr̄ p/portio p qnqz. Et hz ꝓportionē q̄ est p totū z est dupla. Et ſm ꝓportionē q̄ est p. 5. z est addēs medietatē: z ſm ꝓportionē q̄ est p quatuor: z est addens tertiā. Et ſm ꝓportionē addentē q̄rtā postea vō non sentit. Et ego qdē miror. dixit Aui. quō ꝓportiones iste p tactū discerni pñt. dico tū q ei est facile qui in gradu tangēdi ꝓsueuit z ꝓportionat sonus per arte post q̄z erit potētia cognoscendi musica acq̄sita: z cōpabit factū p notā. hō. n. iste cū intentionē ad pulsuz reduxerit huius poterit discernere ꝓportiones p sensum.

¶Et dixit. A. q genus qō est sumptū ex pōdere ē sumptū ex ꝓportione per cōpationē ꝓportionis q̄titatū ꝓportionū ātuor tēporū q̄ sunt in duobus motibus z duabus getibus: z si sensus totū hoc discernere non poterit: tunc est p ꝓparationē ꝓportionis tpis dyastolis ad tps qō est inter duas dyastoles: z ad vltimū tpis in quo est motus ad tps in quo est qes. Et subdit. qui ponunt in hoc ca° cōparatio nē tpis motus ad tps motus: z tpis quietis ad tps qetis mittunt cap^m in ca. ſz huius missio sit tolerabilis z non sit incōueniens: tū non est bona. Et pondus qdez est illud in quo ꝓportiones musice cadunt. ¶Et dicimus. dixit Aui. q pulsus aut est boni ponderis aut mali pōderis. Et illi⁹ qui est mali pōderis sunt tres spēs. vna est illius cuius pōdus est mutatū: z est iuxta pondus: z est ista cuius pondus est pondus etatis q̄ est iuxta etatē illius cuius est pulsus si cut cū iuuenes hūt pōdus pulsus pueroꝝ. Et alia est sepa/

ti pōderis: sicut cū pueri hñt pondus pulsus senū: z 3^{a} est egrediēs a pōdere: z est illi cui⁹ pōdus pōderi pulsus hois cuius etatis nō similatur. Et dixit. A. q multa egressio pulsus a pōdeꝛ magnā in disponib⁹ figiat mutationē: qꝛ a valde mutata dispōe puenit. ¶ Et in sūma pulsum eē mali pōderis nō est nisi pulsuꝫ male ꝓportionari rei nāli sicut ꝓlo ni etati: z sexui aut etiā rei nō nāli pcipue tpi āni z regioni. Et pulsum esse ponderis boni nō est nisi pulsum ꝓportionari debite dictis rebus nālibus z nō nālibus: quarū rerū nālium z non nālium pulsus inferius dicetur. ¶ Octauus genus qō est sumptū a q̄litate arterie diuidiꝫ in calidum z frigidū: z mediū inter eos: z ēt in siccum z humidū z mediū iter eos. Et calidus quidē est in quo extremitates digitoꝝ tangentium sentiūt subam arterie z adiacentium ei calidā. z frigidus est ei ꝓrius: z medius est in quo inuenit̄ tēperantia in calido z frigido: z cōsimiliter est de sicco z humido z eoꝝ medio. ¶ Nonū gen⁹ est sumptū a dispōe eēntie arterie: z diuidiꝫ in durū z mollē z mediū inter eos. Et mollis ē dicē. A. q est recipiēs reditū ad interioꝛa a cōpꝛehēsione facile: z durus est huic ꝓtrari⁹ z medius iter eos mediū tenet in reditu ad interioꝛa. Scias q pulsus durus ē q digitis tangētis q̄si fortis esse vī ꝓpter resistētiam arterie. differt tñ a forti: qꝛ fortis est magn⁹ dilatās cū sua fortitudine arteriā. vñ redduntꝫ quasi maioꝛes. durus aūt est quasi puus: qꝛ arteria sua duritie v̄tuti nō obedit vt dilatetur: z mollis est quē digiti cū sua suauitate sentiunt: vt videaꝫ ab his penetrari. Dixit tū H. in cōmē. pulsuuꝫ. q pulsus z durus z mollis pōt intelligi dupl̄r. vno mō ꝓprie pp duritiē z mollitiē instr̄i. Alio mō improꝓrie accipiēdo p mollitiē quādā latitudinē pſequētē ad paucitatē ꝛtenti in arteria z ipius vacuitatē. z pduritiē quādā tēsionē ꝛsitē ad tēsionē arterie pcedentē ex repletione māe vel fumoꝝ tendētiū eam. ¶ Decimū autē genus qō est sumptū a contēto in arteria diuidiꝫ in plenū vacuū z mediū iter eos. Dixit. Aui. plenus est qui sentitur; sicut si in eius fozamie esset humoꝛ implens de quo sollicitandus est. vt pure eūetur. i. ex toto vel debite z percipiꝫ cū quadā tensiōe arterie cōta nō a duritie z siccitate. qꝛ cū tali tēsione potest stare vacuitas arterie. vt pꝫ in cōsumptis: sed causata a repletione que est cum quadā mollitie. Et vacuus pulsus cōpꝛehēditur cū quadā lassitudine arterie nō pꝛoueniēte a mollitie eius ſm effectū cōtentum in ea: z vacuus est ei ꝓtrarius: z inter eos est medius. Dicunt quidā. pulsus plenus est qui quasi quadā humiditate redūdare videaꝫ: vacuus autē est qui apparet inflatus: ꝙ cū tangiꝫ vacuus digitis perficitur.

¶ De pulsu diuerso z spēb⁹ ei⁹ q̄ nō hñt noia. Cap. v.

Dixit Aui. pulsus diuersitas aut est in pluribus pulsibus aut in vno. Et qui i vno pulsu diuersificaꝫ aut in multis partibus. s. arterie. s. in locis separatis in quibus cadūt digiti: aut in vna pte arterie. s. in loco vnius digiti. Ille vō qui in multis diuersus exīstit pulsibus: aut est in eo diuersus gradus equal̄r currēs: z est ille qui ab vno pulsu incipiēs pmutaꝫ ad maioꝛē vel minoꝛē eoꝝ: z ſm hanc regulā. s. augmēti vel diminutiōis ad finalē pueniat diminutionē vel ad finalem augmētū. deinde intersecaꝫ ad principalē magnitudinē vel diminutionē redeūdo. h. n. pulsus vere est diuersus: qꝛ 2^{a} percussio diuersificaꝫ a ꝑma. z tertia a 2^{a}. z sic vltra vsq̄ ad finē quousq̄ redeat ad p^{m}: z est gradat⁹: qꝛ gradatim ſm modū scalaꝫ ꝓcedit: z est eq̄liter currēs: q̄ nō plus currēs est q̄ in p^{a}. aut tñ plus est minuēs suam pcussionē in tertia re^{a} sc̄de q̄tū in sc̄da re^{a} ꝑme. Et q dcm̄ est de hoc in dyastole illud idem posset qs imaginari de sistole. Et hoc etiā q exēplificatū est de magnitudine z puitate potest exēplificari de velocitate z tarditate. Et dicunt qdā q pulsuꝫ addere supꝛa pulsuꝫ donec veniat ad finē est pulsum plurificare motū dū perueniat ad interfectionem.

¶ Aui. de pulsu diuerso gradato: z equal̄r currente posuit distinctionē talē: q vel est ad ꝑmā recurrēs dispōnē: vel nō. v. g. pulsus pōt incohare magn⁹ z ꝛtinue puificādo ꝓcedere z puus remanere vel eq°. s. q incohet puus z ꝓcedat magnificādo z pseuerat magn⁹: z etiā ꝛtingens est ipsum reuerti ad pstinā dispōnē: z hoc dupl̄r. vno mō in reuersione eq̄l̄r currēdo. v. g. pulsus pōt equal̄r currere vsq̄ ad dilatationē magnā: deinde intersecari q̄te: z sic se puificari: vt puus incepit: pōt etiā esse equal̄r 2^{r} currēs qꝛ vel est eq̄l̄r currens in his pulsatiōib⁹: sic currebat dū mouebaꝫ a p^{a} pcussione. Et exē^{m} ꝑmi est vt augmētet se pulsus ſm ꝓportionē sexqualterā: z diminuaꝫ ēt mō isto. s. q in reuersiōe. 2^{a} pulsatio secūdi sit subsexqualtera ad primam. Exemplum secundi esse potest: vt in reuersione secūda pulsatio sit subdupla ad ꝑmā: z sic vlteri⁹ z iste appellaꝫ reditus dissilis. s. vie ꝑme. Dicūt qdā q ex lr̄a Aui. colligiꝫ hui⁹ pulsus gradati. alia distinctio. z est q pulsus gradat⁹ aut est intersect⁹ añ suus finem aut nō: z vt pꝫ in lr̄a pulsus pōt esse intersectus: vel qꝛ facit motū: qñ dꝫ esse q̄s aut eꝫ facit q̄tē qñ dꝫ eē motus. v. g. inter dilatationē z ꝛstrictionē dꝫ eē vna q̄s: z tūc v̄tus facit vnā pcussionē: aut tpe inter dyastolē z dyastolē tp̄s mediū interueniat in aliq̄ tpe hui⁹ tp̄is facta est dyastoles: vbi debebat esse q̄s z ecouerso de q̄te: silr̄ dōm est vñ aliqñ experientia indicat pulsum inueniri intersectum his duob⁹ modis. nā ꝑmo. v. g. in aliq̄ dispōne vbi debebat eē dyastoles erit q̄dā q̄s: deinde erit tāta frequentatio q vbi debebat esse q̄s erit mot⁹. ¶ Et notant q pulsus equal̄r currēs p̄t eē absolute eq̄l̄r currēs: z pōt esse ſm qd. Absolute aūt currēs dꝫ qñ equal̄r currit ſm ea oia p̄ꝫ que variari pōt pulsus equal̄r ſm q est: qꝛ equal̄r currit in vna earū tm̄ vt in magnitudine z velocitate. Stat ergo aliquꝫ pulsum eq̄l̄r currere intersectū eē z nō intersectuꝫ. ¶ De pulsu aūt isto eq̄liter currere ſm q intellexit Aui. in lr̄a. dicūt q. daꝫ q pulsus cessationē faciēs in medio reducit̄ ad raruꝫ aut ad frequētē. nā si qescat tpe motus rarus erit: z si mouet tpe quo qescere dꝫ frequēs erit. ¶ De spēb⁹ aūt pulsus diuersi in multis ptib⁹ vni⁹ pulsus dixit Aui. q diuersitas ei⁹ est: aut in situ suaꝝ ptiū aut in motu suaꝝ ptiū. Et diuersitas q̄ est in situ suaꝝ ptiū est diuersitas ꝓportiōis ptiū arterie ad ptes eius. Et qꝛ ptes sunt sex erit hec diuersitas altero sex modoꝝ. ꝓ cui⁹ intellectu sciēdū est q dꝫie pōnis sūt sex. s. añ: retro: sursuꝫ: dorsuꝫ: dextroꝛsuꝫ: z sinistroꝛsuꝫ. Scōm ḡ diuersitatē ptiū arterie q̄tū ad has dꝫias pōnis cadit hec diuersitas: vt aliquā ptē ꝛtingat eē anteriorē aut posteriorē: aut magis dextrā: aut magis sc̄ē. Et hoc vel ꝓpter naturalē vel ꝓpter accidētalē situ arterie per brachiū extense: vnde aliquādo nō inueniꝫ arteria brachij: vt in plurib⁹ iam experientia inueni. Diuersitas autē que est ex motu dixit Aui. est vt in tarditate z velocitate: aut in consecutione z preuentione. i. raritate z spissitudine. s. vt moueaꝫ pars eius arterie ante horam sui motus: aut est in fortitudine z debilitate: aut magnitudine z paruitate: z hoc totum aut currit ꝑꝫ ordinem equalē: aut diuersum in augmēto z diminutione: z illud quidem: aut erit in duabus partibus: aut tribus: aut quatuoꝛ. s. casu digitoꝝ. s. in totali casu quatuoꝛ digitoꝝ. Et non posuit Auicē. exēpla sed dixit. tu poteris has diuersitates componere z ordinare: sicut. ver. gra. sit dyastoles ꝑme partis maioꝛ aut velocioꝛ dyastole secunde partis tunc possibile est dyastolem tertie z quarte partis esse maioꝛem aut velocioꝛem: z possibile est etiam q non. Et potest incedere prima diuersitas secundū ordinem equalem vel non. Multe quoq̄ imaginari possunt diuisiones ponendo diuersitates ex parte magnitudinis velocitatis z frequentie: aut ponendo diuersitatem ex altero tantum: z sic multiplicē horum mēbroꝝ diuisiones facere. ¶ Ex diuersitate aūt pulsus in vna parte tres inueniunt̄ pulsus. Dixit Aui. s. intersectus reditiuus z ꝛtinu⁹:

Despēb⁹ dicti pulsus.

Pulsus interfectus

ꝛ per hāc vnā partē possumus intelligere arteriā sub vno digito cadētē: aut aliam partē pulsus: vt dyastolē vel sistolē: aut etiā aliquā quietē. Et pulsus interfectus est ille qui in partē vnā cū paruo motu separat. ſ. a motu alteri⁹ ptis. Et partis vni⁹ q̄ ab eo interfecat cū quiete: ꝛ est cū duo extrema diuersificant in velocitate ꝛ tarditate ꝛ similitudine ideſt qñ duo extrema vni⁹ partis intersecte qete diuersificant in velocitate ꝛ tarditate. Et breuiter nō sunt similia. v̄.g. sit. a. cadēs sub vno digito⁹ cui⁹ duo extrema moueā/tur imaginata quiete partis intermedie: ita tñ ꝙ ḃ duo extrema dissormiter moueāt quo ad velox ꝛ tardus. In hoc exēplo vt notū est: erit pulsus interfectus de quo intellexit Aui. in hoc loco qui pōt dici interfectus q̄juis quidā mi⁹

Pulsus amosaratus. Pulsus capizās. Pulsus dis pulsāt. Pulsus reditiu⁹.

bñ intelligētes faciāt ofiā iter interfectū ꝛ interfectū. Cōstā/tinus in pātegni. duas spēs posuit: ꝛ vnā innuit ex diuersi/tate vnius partis: ꝛ illa quā innuit est illa cui⁹ motus est cō/tinuus ꝛ nō vniformis ꝛ noiatur amosaratus. i. sine equali/tate. Et hāc diuersificat qm̄ bñ ꝑn^m est velocius: ꝛ qñq̄ fi/nis in dilatatiōe ꝛ ꝓstrictione. Et 2ª spēs est pulsus cuius motus in ꝑn⁹ est velox: deinde tardus a sua velocitate dein de redit ad suū motū explēdū. Et dī capizās. Et 3ª est pul/sus qui est recurrēs q̄ vocat bis pulsans siue martellinus.

¶ Pulsus aūt reditiuus est dixit Aui. vt pulsus magn⁹ re/deūdo fiat paru⁹ in vna parte: deide reddita simili. alīs sub tili. alīs. insensibili Et hic qdē pulsus est ille cui⁹ quedā spēs in alias ingrediunt: ꝛ hoc est vt sit vn⁹ pulsus: sicut duo ꝑ pter diuersitatē: aut duo sicut vnus ꝑpterea ꝙ alie in alias ingrediunt. ſ. alie ptes ingrediunt in alias. Dicūt quidā ꝙ lz fortasse hi pulsus actu nō cōprehēdātur: tñ q̄d imagina tionē polē ē cadē hāc diuersitatē neciatj ꝛ diuersitatē ēt v̄/tuti pulsantis: būc tñ pulsus reditiuū sic possumus imagina ri: vt. ſ. arteria incipiat dilatari: deinde magnificet suā dya/stolē: deinde ad primā dyastolē reuertat añq̄ sistolet: ꝙ lz ex sensu imediate cōprehēdi nō pōt poterit tñ per intellectū ex sensu cognosci: ꝛ ex sensu nō cuiuscunq̄: sed ex sensu me/dici valde experti: ꝑpter quā diuersitatem in tali dyastole vnus pulsus appet duo aut econuerso: cū tñ sit vnus pul/sus.

Pulsus cōtinuus.

¶ Pulsus aūt cōtinuus dixit Aui. est ille cui⁹ diuersi/tas est ordinata in cōtinuitate nō sensu pcepta separatione in eo ad qō ipsa ꝓtinuat ex velocitate ad tarditatē: aut ex magnitudine ad paruitatē: aut ecōuerso: aut ad equalitatē in eis vel ad ineq̄litatē ad aliqō eoꝝ ad qō mutat. Et hoc erit vel ſm similitudinē vel ſm diuersitatē. Et ſm diuersi/tatē aut ꝛz diuersitatē maiorē vl̄ minorē. v̄.g. Imaginemur arteriā dyastolare: ita ꝙ dyastoles sit primo parua: deinde est ꝛ fiat magna sensibiliter: ꝛ hoc potest esse vel equaliter pcedēdo vel inequaliter.

¶ De spēb⁹ pulsuū diuersoꝝ bñtiū nomina. Cap. vj.

Pulsus gazelās siue capri/zans.

Dixit Cōstātinus in pātegni ꝙ pulsuū. ſ. ine/qualiū spēs in infinitū pcedit. Et A. dixit. pulsuū ꝓpositoꝝ spēs quasi infinite sunt Et bas q̄dā bñt noia ipsita: ꝛ q̄dā carēt noie Et ex habētib⁹ noia quidā assignāt plēs spēs: ꝛ qdā pauciores. ¶ Almā. aūt assignauit spēs. 12. A. āt. 13. Et dixit. ꝙ ex eis est gazelās q a plurib⁹ alijs dī capizās. Et est dixit Aui. ille q est diuersus in vna pte: vt cū fuerit tardus: deinde intersecat in medio ꝛ fit velox. Almāsor vō dixit. capizās est pulsus q sentit cū arteria semel atq̄ ite/rū pcutit digitū: ita tñ ꝙ sentit interius redisse neq̄ sistolē fe/cisse: neq̄ etiā qeuisse: in quo etiā 2ª pcussio inuenit maior ꝑma. Et. A. dixit capizās est q variat in vna pcussione in tarditate ꝛ velocitate: ꝛ accidit huic pulsui: vt festinet ꝛ stet ꝛ cito redeat ꝛ suū cōpleat motū. Et appellat dixit Aue. ca pizās: eo ꝙ suus motus similat saltui caprioli. Et ſm. A. vocat gazelās eadē similitudine. Gazel. n. est aial simile ca/priolo differēs ab eo solū in cornib⁹. In saltando. n. caprio lus siue gazel siue caprer⁹ ꝑmo ichoat motū tardū ad saltā dū: deinde in alto aeris gescere videt: deinde ꝑinceptū ve/locitat motū ꝛ multos facit saltus. Sic ꝛ in hoc pulsu ar/teria ꝑmo dyastolat tarde: deinde quiete iterscat aliquāto tpis gescēs qñ deberet moueri: deinde dyastolās velocitat motū suū. Dicūt qdā hāc diuersitatē ptiū possum⁹ imagi/nari fore multiplicē. ꝑmo cōparādo vnā ptē pulsus alteri: vt dyastolē sistoli: vt dicam⁹ dyastolē fore velocē: sistolem vō tardā vel ecōuerso dyastoles tarda sit: deinde subsequē/te qete sistoles velocitet qete ampliori q̄z debeat. 2° ḃ imagi/nari possum⁹ respectu distictaꝝ partiū vni⁹ partis: aut re/spectu eiusdē ptis nūc tarde dyastolare: nūc vō gescere. 3° vō veloci⁹ dyastolare. Et ex isto est euidēs būc pulsum nō esse ꝓtinuū: q̄ cū sit intersectus nō pōt esse ꝓtinuus ex quo ꝑz ꝙ rubrica capituli nō bene dixit cū dixit. Capitulū ō spē bus mot⁹ ꝓtinui. ¶ Scōs de dictis pulsib⁹ dī vndosus: dī eniz fluctuās vel fluctuosus siue estuosus. Et ipse est dixit Aui. qui est diuersus in magnitudine partiū vene ꝛ earum paruitate: ꝛ in eleuatiōe ipsaꝝ ad superiora: ꝛ in latitudine ꝛ cōsecutione ꝛ pcussione a ꝓncipio motus pulsus cū mol/litie que est in ipsa. Et ipse qdē nō est valde paru⁹ ꝛ hz la/titudinē quādā: ꝛ sil'atur vndis: quaꝝ alie alias sequuntur ſm rectitudinē cū diuersitate que est inter eas in eleuatiōe eaꝝ ad superiora: ꝛ descēsiōe ad inferiora: ꝛ in velocitate ꝛ tarditate. Dixit Almā. pulsus fluctuās est qui ſm latitudi/nē magnā digiti occupat ptē cū lenitate ꝛ repletione: cum eo tñ nō est magna eleuatio neq̄ subita: sed dī ꝙ eleuatōuz eius vna sit post aliā. Ideo similat vndis: quaꝝ vna aliam seqtur. Et Aue. dixit vndosus est ille q variat in magnitu/dine ꝛ paruitate partiū organi in eminentia ꝛ pfunditate ꝛ in strictura ꝛ largitate cū mollitie subē organi ꝛ declinat parū ad paruitatē: sed nō multū: ꝛ vl̄ suus motus similat vndis maris: ꝛ ab eis nomē suscepit. Pro dictis notant ꝙ pulsus vndosus multipliciter est diuersus. ſ. in magnitudi/ne ꝛ puitate partiū ꝛ in eleuatione ipsaꝝ ad superiora ꝛ in latitudine partiū ꝛ in postpositiōe: ꝛ in ꝑcessione cū mollitie arterie. Et notāt ꝙ sicut in vndis ꝑcedētib⁹ ſm rectum vt experiātia ꝑz vna subleuat sursum: ꝛ alia deprimit de/orsum ꝛ vna subleuat magis alia: ꝛ vna sil'r deprimit ma/gis alia: vna etiā velociter mouet: ꝛ alia tarde: siue vna mo uet velocius alia: ꝛ alia mouet tardius alia. Et vna ēt exi/stit maior, alia minor: ꝛ vna etiā existit latior alia: vnde etiā sequit cito motū alteri⁹: ꝛ alia nō ita cito. Immo etiaz vna aliqñ intrā suū motū accelerat: vt igredi videat aliā ꝛ alia oppositō mō se hz. Ita cōsiles diuersitates in pulsu vndo/so inueniri ꝓtingit: vt ꝑz in appropinquātib⁹ sudationi.

Pulsus vermicu/losus.

¶ Tertius pulsus dixit Aui. est vermiculosus qui est vn/doso silis: sed est paruus multe spissitudinis: cui⁹ spissitudo sentit a multis velocitas: sed nō est vndosus aut nō est par uus respectu isti⁹: nec ita spissus ꝛ dī vermiculosus: q: sub digito sentitur motus similis motui vermis. ¶ Quartus pulsus dicitur formicans dixit Hal'io. pulsuum. ꝛ scribitur a Rabi in 4ª ptícula. quēadmodū seqtur pulsum fluctuan tem cum est paruus pulsus vermiculosus sic sequit pulsus vermiculosum cum cessant eius motus magni ꝛ rema/net in eo vnus motus pulsus formicās: ꝛ est motus valde minimus similis motui formicarū: ꝛ est in eo vā inequali/tas: tñ ꝑpter ei⁹ puitatē nō cōprehēdit a sensu eius inequa litas. ꝛ talis pulsus est in magna puitate ōbilitate ꝛ spissi/tudine, neq̄ inuenit pulsus minor neq̄ ōbilior neq̄ spissior isto. ꝛ innuit velocitatem: sed non est velox: ipse enim est valde minor ꝛ vehementionis spissitudinis q̄z vermicula/ris. Et dixit. A. qñ v̄miculosi ꝛ formicās diuersitas in ele/uatiōe ad supiora ꝛ ꝑcessione ꝛ ꝓsecutiōe in sensu est mani festior ipsoꝝ diuersitate in latitudine: imo q̄si non apparet illud: q: in ambabus ꝑpter debilitatē vtutis modicū fit la ta arteria: formicās tñ ē valde minor v̄miculoso. ¶ Quin tus pulsus est ſm q⁹ dix̄. A. vndoso ptiū diuersitate silat

Pulsus formicās qui oibus est mino: debilior ꝛ spissior.

Pulsus serrinus.

z in eleuatiõe ad supiora z in latitudine z in pcessiõe z cõ/
secutione: sed est durior z cũ duritie ipsius ptes ei⁹ in duri/
tie diuerse existũt. Et serrinus qdẽ est pulsus velox spissus
durus cui⁹ partes in magnitudine dyastolis diuerse existũt
z in duritie z mollitie: pp dicta notãt q in serrino quedaz
ptes magis alijs eleuanť: z sil'r quedã partes latiores alijs
sunt: z sil'r in pcessione z osecutiõe: eo q quedã ptes citant
motũ suũ, quedã vero tardãt: verũtñ differt ab vndoso: q⁹
serrinus durior est vndoso: cui⁹ tñ partes in duritie diuerse
existũt. Est itaq; pulsus serrin⁹ velox spissus z durus cui⁹
partes in magnitudine diuersificãtur dyastolis z in duritie
arterie z ei⁹ mollitie. Et dr serrin⁹ pp silitudinẽ quã bz ad
dẽtes serre: q⁹ diuersimode pcedũt qdã ad dextrũ z quidã
ad sinistrũ inter quos dep⁹esse ocauitates mediãt. Sic etiã
pulsuz serrinũ aliq̃ tpe odigit eẽ õteriorẽ z aliq̃ sinistriorẽ:
z aliq̃ magł surſuz eleuari: z aliq̃ esse magis õp⁹essum. silať
et dẽtib⁹ serre q̃ad duritiẽ: z p duritiẽ differt ab vndoso: q⁹
vndosus ẽ mollis: differt ẽt a formicãte z avmiculoso: q⁹ lz
illi sint frequẽtes: nõ tñ sunt veloces: sunt ẽt parui valde re
spectu serrini. Itẽ serrinus est durus: sed illi nẽcio nõ sunt
duri. Almãsor quoq; dixit. pulsus serrin⁹ est durus in cui⁹
pcussione inueniť diuersitas ex qua cũ vnus percutiť digi/
paret in suba: quare pōt dici media inter vrinā: que est indigesta vē & eā que est digesta vere. Et dix. vrina subtilis clara translucēs inq̄ multa existit tinctura scīt illā tincturam nō esse ꝓpter digonez. Alioqn ꝓ q̄ in primis digō magis opatur subam q̄z coloris pmixtionē. ꝑma nāq̄ digestionis operatio est subam efficere: deinde ipsam tingere. ¶ Dixit Theofi. q̄ vrina xantos vel yporantos tenuis rone subē indigesta est: rone aūt coloris nō solū extra nām existit: sed etiā māe. i. cibi indigentiā demonstrat. Abstinēte. n. quodā adolescēte ꝑm etatē & nām. s. colericā ꝓp indigentiam māe vrine apparuerūt, yporante vel xante: eo q̄ abundet in ꝓfundo calor qdā ꝓter nām abūdātiā fellis. i. colere gnāns: qm̄ ex multo calore in fel mutatur sanguis: maxie aūt ꝑ fit estiuo tpe vigilijs & labore. ¶ Urina subruffa carydropscis exīs periculosa existit. sicut aquosa est in eis vtilis: vrina ꝑdicta in puero cū febre cōtinua tertianā significat. Jn iuuene tertianā interpolatā. in flātico aūt & sene & mulier duplicē tertianā vel quartanā nothā significat. ꝑdicta vrina sine febre significat calefactionē epatis. Et si talis fuerit vrina cū mediocriter tenui suba indicat febrē de flāte salso. 2° cōtiñ. ¶ Urina crocea subtilis in feb. quotidiana velocem salutem indicat. ¶ Urina ruffa vel subruffa cū suba parū tenui & nube rara supius ex fumositate gnāta a calore agēte mota apparēs in ꝑn° morbi significat febrē interpolatā de salso flāte: ſz in febre apparēs in ꝓcessu significat tertianā interpolatā. ¶ Urina subruffa cū mediocri tenui suba nō superius obūbrata dñium flegmatis salsi in corpore signāt: & ꝓ pōs pruritū & scabiē ex eo: & ꝑ si sine febre fuerit. Et qdā dicūt. q̄ hec vria dz accedere magis ad spissitudinē superius q̄z inferius. ¶ Urina subruffa sine nebula parua tenuis in ydropico diu eueniēs mortalis est: q̄ significat in eo febrē accensam. ¶ Urina ruffa vel subruffa supius liuida cū mediocriter tenui suba significat flegma salsum in spūalibus obūbrare & ea grauare. ¶ Urina ruffa cū suba mediocri significat sanguineū sanū & cū puritate equalitate & mediocritate substātie signāt corpus eucraton. ¶ Urina subruffa vel ruffa equaliter vel per totū spissa sine liuedine manifesta febrē de flegmate dulci significat: talis vria cū mediocri suba spissa liuida superius si in ea sunt resolōnes quedā q̄z albe: q̄z nigre: cū dolore tensione vel inflatione: maxime in ypocūdrio sinistro in muliere eueniēs significat matricē purgari a flāte dulci vel salso. ¶ Urina ruffa cū suba parū spissa superius obūbrata significat quotidianā de flāte dulci: & si sine febre sit significat abundantiā flegmaꝯ dulcis in corpore: dulce flegma colorē remissuz facit: sed minus q̄z nāle flegma & facit subam magis spissaz q̄z flegma salsum & significat ipsum flegma dulce in spūalibus abundare. Si tñ liuida fuerit superius cū appositiōe manus febrē de flegmate dulci in spūalibus cōtēto significat. ¶ Urina ruffa vel subruffa spissa: sed inequaliter a media regione supius liuens minorē emitriteū signāt. ¶ Urina ruffa grossa in muliere cū febre significat ipsam purgari a flegmate salso: sed sine febre a flegmate dulci. ¶ Urina ruffa per totū spissa superius obumbrata sine liuore signāt quotidianā ɔtinuā de flāte nāli: sed si sit spissa per totū superius liuida obūbrata manu apposita sine furfureis resolutionibus signāt emitriteū medium: & si sit spissa turbulēta: & virens signāt pleuresim: aut significat aselitē: si fuerit cū spuma crocea: & si multū sit crocea signāt vitiū epatis: & ꝓpter icteritiā. Si vero sit spissa superius liuida & granulosa cōuersionē pleuresis in pipleumoniā significat: & si fuerit a media regione distincte liuens supius multum spumosa ruffa intensa ꝓcedere apa in inguine: vel subascella signāt. Si tñ sit spissa: magis tñ superius vel inferius apposita manu: & sit oleagena cū crinoydib⁹ lōgo tpe signāt etbicā tertie spēi. ¶ Urina citrina subruffa vel ruffa per totū spissa obūbrata supi⁹ & obscura sine liuore quotidianā signāt de flāte nāli. Predicta vrina supius liuida sine resolutionibus purpureis paruo tpe minorē emitriteū significat: sed si spissa & turbulenta fuerit superius liuida pleuresim significat. Uerūtñ in hac vrina liuiditas est magis manifesta q̄z in minori emitriteo: & est vtplurimū ista pleuresis sine tipo qui est vtplīm puo emitriteo & adsunt alia signa pleuretis. ¶ Urina ruffa vel subruffa spissa superi⁹ liuida lōgo tēpore granulosa significat apa in inguinib⁹ aut ascellis: aut genitalib⁹. ¶ Urina subruffa remissa in subruffedine a medio supius distincte liuēs: & q̄si subcitrina & multū spumosa in pleuresi apparēs signāt ꝙuersionē pleuresis i pipleumoniā. ¶ De colore subrubeo & rubeo subrubicundo & rubicundo cōpositō cum substantia. Cap. xxxi.

JRit Raſ. 2o°. ɔti. vrina rubea tenuis caliditatē signāt inflāmatā: & sic cū ea sūt signa salutis signāt ꝓpinquitatē crisis: & si mala signāt mortez ꝓpinquā: q̄ est in vltimitate caliditatis. ¶ Dixit. A. 2ª q̄rti. subtilitas cuz rubedine signāt in egritudinibus acutis dolorē capitis & pmixtionē. ¶ Dixit Raſ. 2o. ɔti. vrina rubea subtilis in q̄rtana signāt citā salutē: sed si fuerit clara subtilis signāt longitudinē morbi. Et dixit. vrina rubea subtilis pauce q̄ntitatis i acuta febre signāt pmixtionē: & si fuerit vehemēter rubea febris designat ꝓlixitatē. Et dixit. vrina rubea flaua: & subtilis signāt laborē ꝓteritū & corpis diminutionē: q̄ labor cōsumit hūiditatē & inflāmat calitatē: & ob hoc euenit diuersitas sube & tincture vrine: & hinc dissoluitur corpus. Et dixit vrina splendida crocea. i. rubea clara & subtilis signāt colerā & ꝑm splēdorē coloris vrine erit quātitas inflāmationis colere. Et dixit: vrina rubea subtilis & pauca in aliquo morbo manēs futurā ydropē signāt: qm̄ epar non mundificat ab humore; imo debilitatur & vrina nō pōt hēre exitū. ¶ Dñt vrina subrubea vel rubea subrubicūda vel rubicūda tenui iuncta sube diuersa signāt ꝓ varietate complonis etatis & sexus. Si. n. in colico & iuuene signāt simplicē tertianā. Jn flātico & melico sene & muliere duplicem tertianā. Jn puero vero ɔtinuā de colā signāt. Dicūt autez q̄ in tertiana simplici vrina est tenuior q̄z in duplici: sed in duplici in superiori parte est magis spissa q̄z in inferiori: & est vrina rubrior q̄z in simplici. ¶ Dixit Egi. vrina rubea clara cū tenui suba per totum: ſz minus tenuis superius & obūbrata superius significat duplicem tertianam: nā talis color fit a calore intenso & rubore colere naturalis: nā talis suba fit ex siccitate. ¶ Urina rubea subtilis sine febre significat epatis calefactionē & tunc aliquādo est spumosa spuma crocea: & pōt significare quartanā ex colera aduſta. ¶ Uria rubea clara subtilis in ꝑn° morbi apparēs signāt duplicē tertianā: ſz in morbo diuturno apparēs pōt signāre calefactionē epatis: & si fuerit ex lōgo tpe: & fuerit obūbrata supius q̄dā nubecula: & fuerit hoīs senis vel melici potest significare quartanā: maxime tpe autūni. Si vero fuerit colericus macer & in estate cū dolore in dextro ypocūdrio significat calefactionem epatis. ¶ Urina subrubea vel rubea vel rubicūda tenuis per totum lucens: vt ignis significat causonē: datur enim ei dictus color a calore nimio incidente & a calore colere nālis putrefacte facientis causonē: & tenuitas datur ei ratiōe dicte colere: que ficca est & subtilis. ¶ Urina rubea subtilis: cuius tñ medietas sit spissa liuida in supficie significat emitriteū: & si talis fuerit magis inde cōtusa liuens superius & quasi viridis signāt pleuresim. ¶ Scōo cōtinē. dixit Raſ. vrina rubea vel subrubicūda ad tenuitatē decliuis febrē significat de colera & sanguine: colera vincente: que facit eā declinare ad tenuitatem: & ista febris pōt reponi in capᵇ causonis. Si vero eius suba tēdit ad spissitudinē febrem significat de sanguine & colera sanguine vincēte: q̄ facit eā ad spissitudinē declinare: quaz febrē qdam sinocham vocāt: & pōt reperiri in ca° sinoche.

Di colores diuersa significāt ꝑm diuersitatez cōplonis etatis & sexus.

¶Urina rubea vel subrubea mediocriter tenuis: cū declinatione tñ magis ad tenuitatē sine obūbratione ⁊ tenuitate ꝓtinuā tertianā signīat. ¶Urina rubea vel flāmea cū mediocriter tenui ſba: magis tñ accedens ad tenuitatē cū multa ſpuma ſupius eueniēte pp multū feruorē cauſonē signīat ⁊ ſi fuerit mediocriter tenuis cū multa ſpuma cauſonidem signīat: ſz ſi fuerit per totū ſpiſſa cū aliquātula ſpuma ſino dichā signīat. ¶Urina vero ſubrubea vel rubea mediocris in ſba ſuperius liuens mediū signīat emitriteum. ¶Dixit Theofi. vrina pinguis ſubrubea diuturnas egritudies declarat: ſz ſanabiles: vrina aūt pinguis rubea multū hūorez ſanguineū in corpore foze signīat: ſicut in ſinocha. ⁊ multis acutis febribus. ¶Dixit Aui 2ª quarti. Urina rubea groſſa signīat ꝙ humor vincens eſt ſanguis: rubea rubedie ſanguiea ⁊ groſſa debite vel mediocriter qñ ſanguis cū melia peccat rubedo eſt remiſſa: ſz groſſities erit maior niſi groſſitiē ipediat opilō: qñ vero ſanguis cū colera peccat rubedo erit clarior: ⁊ ſba minus groſſa. Et dixit. vrina pinguis rubea paulatiz micta piculū signīat. ¶Et dixit: 2ª q̄rti. Urina rubea groſſa in egritudinib⁹ acutis: qñ eius egreſſus fit paulatim: ⁊ frequēter. i. cū. fetoze signīat timorē: qñ signīat caliditatē vehementē ⁊ ingetudinem ⁊ defectū nāe: ſz qñ eſt abundantis exitus multi ſediminis signīat ſeparatiōnē. ſ. egritudinis ⁊ propīe in febribus incēſiuis. ¶Et dixit. vrina rubea valde ſi ꝓuertaſ in febribus ex laſſitudine factis ad groſſitiē: deinde appareat ſedimen plm nō ſubſidens. ⁊ ſit illic dolor signīat lōgitudinē egritudinis: qñ mā eſt inobediens: q̄ꝺobrē non ſubſidet velociter. Uez eius crisis fiet per ſudorē: qñ mā eius eſt decliuis ad venas. Et hꝫ quidē vrina ſimilaſ vrine icteritie ⁊ differt ab ea in hꝫ ꝙ nō tingit pānos. ¶Dixit Raſ. 20. ꝓti. vrina rubea groſſa pauce croceitati pmixta ⁊ turbida in febre tertiana signīat longitudinē morbi: ſz in ſinocha signīat velocē ſalutē: ſz qñ eſt diminute rubedinis ⁊ turbida ſignīat longitudinē morbi. Et dixit. vrina multū rubea cū hypoſtaſi mucilalginoſa ſpmicta nullo exīte dolore in corpore signīat pthiſiz. Et ſi cū hac rubedine ponderoſitas in capite ⁊ toto corpore fuerit ⁊ talis diſpō manſerit pplures dies ⁊ non mutaſ signīat febrē futurā: qz rubedo signīat inflāmationē corpis: ⁊ ponderoſitas indicat cū magna pars corpis ē diſſoluta. Et ſi vrina cū ſua rubedie eſt groſſa ⁊ ſpiſſa cū ponderoſitate in capite ⁊ toto corpore eo macilento exīte signīat ꝙ in corpore ſunt ſuperfluitates hūide multiplicate q̄ putreſcent ⁊ mouebunt a nā ⁊ inducetur febris. ¶Et vrina rubea groſſa in morbo acuto ſemp micta cū odore fetido signīat piculuz ⁊ laborē: qz fortis rubedo signīat inflāmationē ⁊ groſſities multa agitationē. ¶Urina rubea cū ſba parum diſtans a mediocri verſus aliqō extremorū turbulenta pp ebullitionē signīat tertianā ꝓtinuā. Si tñ in ſupiori pte fuerit viridis signīat mediū emitriteū. verū p̄dicta viriditas pauca eſt nō apparens niſi cū appoſitiōe manus. ⁊ p̄cedit illa viriditas ex actione caloris febrilis aduretis ptē colere. q̄ in medio emitriteo intra venas putreſcit. ¶Urina rubicunda ſpiſſa fetens turbulenta ⁊ quaſi ſuperius liuens signīat ſinochuz aut ſinochā inflatiuā aut cauſonē. ¶Urina rubea ſpiſſa p̄uata liuore ⁊ fetore ſinocham inflatiuā signīat. Si vō fuerit cū liuore ⁊ fetore ſinochū de putredine q̄ eſt cā liuoris ⁊ fetoris, rubea aūt eſt pp ſanguinem ⁊ ſpiſſa pp multā eius hūiditatē. In augmaſtico tñ color eſt rubeus vel ſubrubicundus in p̄n° poſtea ꝓtinue intendit color ⁊ fit rubicundus. In augmēto vō eſt oppo^m: qñ in p̄n° color eſt rube⁹ vel rubicundus: poſtea ꝓtinue remittit ad ſubrubicūdū ⁊ ſubrubeū ſm remiſſionē caloris febrilis. In homotena vō vniformis pſeuerat color eius vſq; ad finem febris. ¶Notant ꝙ cū vrina fuerit rubea ſpiſſa ⁊ turbata cū incipit in ſupiori parte attenuari ⁊ clarificari bonū ē ſignū ſignians ebullitionē ſanguinis remitti: ſi vō in ſupiori pte appet ⁊ pſeuerat ſpiſſa ⁊ turbida ⁊ in inferiori pte incipit clarificari eſt ſig^m malū ſignificans raptū māe ad ſuperiora: ⁊ ppea indicat freneſin: vel alias cerebri paſſionē. Stulti aūt iudicant ex illa clarificatione cōualeſcentiam ⁊ decipiuntur.

¶De color kianos ⁊ inopos cum ſba. Cap. xxxij.

ARina inferius rubicunda ſuperius inopos aliquātulū liuēs p totā eq̄liter ſpiſſa febrē homotenā signīat. ¶Urina kianos ſpiſſa fetida p̄cedente rubicunda in febre acuta non appent e ſigno digōnis morte signīat ⁊ in mulieribus eruptionē menſtruoꝝ: aut eruptionē vene chilis ſi adſit dolor. ¶Urina kianos aliqñ apparet in ſanis pp ſaltum vel caſum: qz rumpit vena in renibus vel altera corporis pte ⁊ aliqñ appet in reſudatiōe ſanguinis pp relaxationē vaſorum ex immoderato coytu curſu vel labore. ¶Dixit Theo. vrina pinguis ⁊ inopos ſi venerit in febre cauſon capite dolente ⁊ circundolente ſignīat criſim. Urina vero pinguis kianos ſi in ſanis euenerit laborē vie aut multuz curſum eſſe ſcm̄ ſignīat. Senioribus vō ſuperueniens qbus ex multo tpe talis fuerit a malis hūorib⁹ imutari veſicā: vt in plrib⁹ ſignīat. In febrib⁹ vō tales facte i lithiaſiz oſtituunt.

¶De liuiditate in vrina apparente. Cap. xxxiij.

ARina liuida pinguis nō reſidens in febrib⁹ eueniēs paugmaſticā febrē ſignificat In cauſone aūt mediocris vel ſpiſſa liuida eueniens ſtranguriā ſignīat. Urina viridis vel nigra vel ſubnigra p̄ueniēs in febre p aduſtiones vel mortificationē maiorē emitriteū ſignīat: cui non eſt cura. ¶Dixit Aui. 2ª q̄rti. vrina nigra q̄to eſt groſſior in acutis egritudinib⁹ tanto ē deterior. In alijs aūt morbis vrina nigra groſſa quāto plus eſt pauca tanto eſt deterior ſignificans ꝓſumptionē hūiditatis. ¶Dixit Raſ. 20° ꝓti. quanto magis vrina nigra eſt groſſa tanto ē deterior ⁊ tanto magis morte declarat. ¶Cōbuſtio hūoꝝ qñ eſt in p̄n° facit vrinā kianos ⁊ in me° exīs facit vrinā viridē: in fine vō facit ſubnigrā vel nigrā. ¶Dixit Theo. vrina viridis pinguis in fine febris veniēs icteritiā ſignīat. ſ. viridē: ⁊ vrina pinguis nigra purgationē multi hūoris ſignīat vt fine q̄rtanarū reſolutionē melie. ¶Urina pinguis nigra in febribus acutis veniēs cū forte nullū malū hñt in veſica morte ſignīat. ¶Dixit Ipo. vrina cuius color eſt nālis groſſa euenit ſm vnā duaꝝ diſpōnū. ſ. q̄ finis eius equaſ fortaſſe ad perditionē: ⁊ fortaſſe cōuertiſ ad ſalutē: q̄ venit in p̄xi mo: ſicut inueniſ in rebus alijs multis ex eis q̄ ſunt extra nām: cū mundificaſ p eas corpus. Et per vrinā groſſaz voluit Ipo. eam que eſt groſſa valde. qz per vrinā: q̄ dr̄ groſſa ſermone abſoluto non ſignificaſ p̄ditio ſignificatiōe vltima. Et ideo dixit Aui. qñ cuz vrina: cuius color eſt nālis ſuperflua eſt ſpiſſitudo plurimū ſignificat bonitatē expulſionis multaꝝ mārū expellendaꝝ ⁊ tunc ei aſſociaſ exeūdi facilitas: ⁊ plerūq; ſignificat perditionē: ppea ꝙ hūorū ſignificat multitudinē ⁊ vtutis debilitatē: quare ſuccūbet. Et hoc q̄dē demonſtrat exeundi difficultas ⁊ paucitas eiꝰ q̄ꝺ egrediſ. Dicunt. p color nālē nō intellexerunt vere nālē: ſz eū qui eſt talis vel ei ꝓpinquus: q nō eſt vehementer malus: qui p̄t vocari nālis reſpectu multū mali. ¶Dixit Raſ. 20° ꝓti. vrina tenuis boni coloris ſignificat ꝙ morbꝰ erit ſalubris: tñ longus. Et dixit. ego vidi plures infirmos q a p̄n° morbi habuerunt vrinas tinctas pluſq; citrinas cū groſſa ſba que perſeuerauerunt ⁊ mortui ſunt pp defectuz digōnis. Et vidi plures alios quorū vrina fuit mutata de groſſitie ad tenuitatem ⁊ de tinctura ad remiſſionem ⁊ liberati ſunt. Et dixit. vidi plures infirmos patientes morbos calidos: q a p̄n° habuerunt vrinas citrinas vſq; quo mortui ſunt: ⁊ ante. 18^m diē p̄ueniebat eos mors. Et dixit. A. 2ª primi. vrina tenuis. ſ. tranſlucens in acuta egritudine p̄ſeueras ſignificat malum: ⁊ ꝙ virtus digeſtiua eſt ſopita

Cōbuſtio humoꝝ q̄ lem vrinā faciat.

¶Dixit Isac ⁊ Egi. vrina nigra nō pōt stare cū tenui ſba cū nigredo obūbret vrinā: ⁊ reddat eā ſpiſſe ſbe. Et hoc eſt vere p ſe. per accñs tñ ꝓiungi ꝑt cū ea: vt cū fortis opilatio eſſet in inſtrīs vrine: cū qua nō poſſet penetrare niſi qō ſubtile. Vrina enim nigra ſi ꝓcedit p viā aduſtiōis groſſa erit calore adurente ebullitionē in ea faciente: ⁊ ſi ꝓcedat a cō gelatione: ſilr erit groſſa: qm̄ friditas intēſa ingroſſat: ⁊ ſi ꝓcedit ex ꝑmutatione hūoris melici: ſilr erit groſſa pp groſſitiē ⁊ terreſtreitatē ipſius humoris melancolici.

¶De vrina diſtante. Cap.xxxiij.

DIſtantia vrine pōt attēdi in ſba eius ⁊ in hypoſtaſi ⁊ in colore ⁊ in diuerſis tpibus. In ſba qdē qñ in vna pte vaſis ſ viā ē ſubtilis ⁊ in altera groſſa vel mediocris. In hypoſtaſis ſba qñ in vna pte ei⁹ apparet groſſities ⁊ i altera tenuitas. In colore qñ in ſba vel hypoſtaſi diuerſi inueniunt colores ꝓ diuerſas ptes in diuerſis tpibus: vt qñ. v̄. g. mane vel die vno vrina mingit vni⁹ ſbe vel vnius hypoſtaſis vel vni⁹ coloris: ⁊ ſero poſtea vel ſeqnti die mingit alteri⁹ ſbe vel alteri⁹ hypoſtaſis vel coloris. Et qdā addūt diſtantiā in claritate ⁊ turbulētia: vt qñ vna vice mingit clara: ⁊ alia vice mingitur turbida: vel qñ vna vice mingit obūbrata obſcura: alia vice nō. Et alij addunt diſtantiā in q̄ſtitate: vt qñ vna vice mingit multa alia pauca vel in totū denegat. ¶Aſſignāt aūt vrie qdā regiones tres: q̄rū p⁹ eſt ſupior ꝓ quā deuenit in ſupiorē ptiū corporis cognitionē. ſ. capitis ⁊ toracis. 2ª ē media ꝓ quā ꝺue nit i cognitionē ptis medie corpis. ſ. epatis ⁊ venaꝝ ⁊ oiuz mēbrorꝝ q̄ ſunt ſub dyafragmate exceptis inſtrīs vrine: q̄ vocat regio corpis media: ⁊ 3ª eſt inferior ꝓ quā deuenit in cognitionē inſtrorꝝ vrine q̄ vocat regio corpis infima comprehēdēs in ſe ēt genitalia. ¶Quidā vo ptē ſupiorē diſtinxerūt in duas: q̄rū ex ſupiori haꝝ deuenit in cognitionem ptiū capitis vſq; ad epiglotū excluſiue: q̄ vocat regio mēbrorꝝ aiatorꝝ. ⁊ alia inferior haꝝ duaꝝ ꝓprehēdit mēbra q̄ ſunt ab epigloto vſq; ad dyafragma: ⁊ ꝓ eā deuenit in cognitionē dictorꝝ mēbrorꝝ: ⁊ vocat regio ſpūaliū. ¶Cōſilr aſſignat q̄tuor regiōes in vrina cōprehēdētes dictas q̄tuor regiones corpis ſub ꝑª. Et ꝑª eſt circulus q̄ deſignat ſupioris corpis regiōes: diſpōnes. ſ. mēbrorꝝ aiatorꝝ. 2ª eſt ſub ꝑª ſuperficies vrine ꝺtinua circulo ⁊ vſq; ad aliud cōprehēdens de ſupiori ſba vrine q̄ demonſtrat diſpōnes ſpūaliū. 3ª ē medium vrine q̄ deſignat diſpōnes epatis ⁊ aliorꝝ mēbrorꝝ nutri⁹. Et 4ª eſt imuz ſiue fundus vrine q̄ deſignat diſpōnes inſtrorꝝ vrine ⁊ mēbrorꝝ genitaliū. vñ dixit. Egi. q̄ ſilis ſili ſeruit regio regioni. ¶Dixit hyp. 7°. affo. Quib⁹ diſtātes ſunt vrine his in corpe fortis turbulētia fit. Et hz dictū ei⁹ veritatē quocūq; mō vrine differant ꝑ ſuppoſito q̄ diſtātia ꝓueniret: ⁊ q̄ ſit notabilis. nā cōiter imo fortaſſe rōnabiliter inter vrinas aliq̄ eſt diſtātia: ⁊ ſilr inter ptes vnius vrie ⁊ hoc tā in ſba maxime q̄ in colore. Nō. n. equaliter digerit mām nā pp māe diffōrmitatē: ⁊ q̄ calor digerens ſ non pōt oibus māe ptibus vniformiter approximari. Rō autē affo. eſt q̄ tales vrine denotāt in corpe multā ⁊ diuerſaz fore mām ꝑ quā pugnat nā: ſigñat ergo turbationē fortē. i. magnā agitationē hūorꝝ ꝓſequētē ad pugnā nāe ꝑ hūores ⁊ hūorꝝ ꝑ nām. Et ſigñat nāz in pugna aliquā ptē poſſe digerere ⁊ apparebit ex illa vrina digeſta ⁊ ꝑ aliā ptē nāz nō poſſe ꝑualere: vñ apparebit vrina cruda. Scias tñ q̄ diſtātia in colore vrine minus mala ē q̄z in ſba. ¶Dixit Aui. 2ª ꝑmi. vrina hñs ptes diuerſas ſigñat q̄ quāto in ipſa partes fuerint maiores tanto plus nāe opatio eſt ſtudioſior ⁊ nā plus potēs ⁊ pori plus aperti. i. vie p quas hūores ad ptes vrine ꝓpellunt ſunt magis apte. ſup. ⁊ eo°: quāto plus fuerint minores tanto nā ē minus ſtudioſa: ⁊ minus potēs ⁊ pori minus apti. Dicūt. talis vrina ē groſſa: ⁊ vbi nō fuerit talis ex liq̄factione: aut alia multa mala diſpone ſigñatum eius dictū verū ē. Et dixit ibidē. cū videris vrinā tenuez in cuius ptib⁹ rubedinis ⁊ citrinitatis fuerit diuerſitas laborē cognoſces inflāmātē. ſigñat. n. ebullitionē duoꝝ hūorū calidoꝝ ſanguinis ⁊ colere q̄ ex rubedie a citrinitate cognoſcunt q̄ ambo dicti duo colores aliqñ in diuerſis vrine ptibus dignoſcunt vt vnius in inferiori alius i ſupiori vel media: ⁊ qñq; ambe in eadē pte. ¶Et dixit. 2ª q̄rti. Sedimen in ſba diuerſū ⁊ colore ſigñat hūorꝝ diuerſoꝝ multitudinē ⁊ ē malū: ⁊ deterius eo eſt illud qō ē minoꝝ ptiū. Signific. caſ. n. q̄ nā non pōt expellere niſi qñ minorant ab ea ptes. Sedimen diuerſum in colore ⁊ ſubſtātia. ¶Dixit Raſ. 20. ꝺti. vrina q̄ vno die mutat ē mala: ⁊ ꝑpe in febre cū apate: ⁊ vrina q̄ in varios colores mutat ē mala ⁊ vrina q̄ diuerſificat q̄lz die ſigñat hūores diuerſos in corpore. Et qñ eſt aliqñ rubea aliqñ alba ſigñat multos calōs humores in corpore. Et vrinā in q̄ ſunt multe ſpēs nebulārū ſequit ſenſus pmixtio. Et dixit vrina q̄ aliqñ mingit in parua q̄ſtitate: ⁊ aliqñ in multa: ⁊ aliqñ denegat oio in febribus acutis eſt mala: qm̄ ſigñat fortē pugnā morbi ⁊ nāe q̄ aliqñ vincit: ⁊ aliqñ vincit: ⁊ mā ē groſſa difficilis digōnis: ⁊ ſi ē i febre leui ſignificat morbi ꝓlixitatē pp māe groſſitiem. ¶Dixit Aui. 2ª q̄rti. vrina q̄ alterat ſubito a ſignis laudabilibus ad ſigna vituperabilia ſigñat in acutis mortē: qm̄ ſigñat caſum vtutis ſubito pp ꝓuitatē accidentiū. ¶Vrina que ſupfluit in mordicando tactū ⁊ pungit, dixit Raſ. 20. ꝺtinen. ſignificat vltimitatē caloris. ¶Vrina q̄ mingitur actu frigida cuz mingit ſignificat extinctionem caloris innati.

¶De colore ꝓiuncto cū hypoſtaſi. Cap.xxxvi

DIxit hyp. 2° ꝓnoſtico. vrina rubea nimis cū ſili ſibi hypoſtaſi egritudinez magis diuturnā ſuperioribus dicit. ſ. in quibus hypoſtaſis eſt alba ⁊ ē. eſt tñ nuncia certa ⁊ fidelis ſperande ſalutis. ſ. in preſupponēdo q̄ō nā meliorando procedat ⁊ deducat hypoſtaſim rubeā ad albam: q: tunc denotatur q̄ decidit a ſanguine benigno ⁊ obediente operatiōe nāe: ſ. n. decideret a ſanguine nāe nō obediente non ꝓcederet nā meliorando nec eſſet certa nūcia ſalutis. Ait. n. Iſaac q̄ hypoſtaſis rubea q̄ atteſtatur ſuꝑa ſanguinē roſeum aquoſum flāticum atteſtat indigeſtionem ⁊ eſt mala. Gal. quoq; in cōmēto dicti verbi, dixit. color decliuis ad rubedinē qñ currit aquoſitas cū eo ſignificat ſanguinē multuz qui non eſt recte digeſtionis. Et pp hoc q: vincens eſt in corpore humor qui magis iuuatius eſt ex humoribus fit q̄ in egritudine illa non eſt timor. Et qñ vrina decliuis ad rubedinē ⁊ aquoſa ſignificat q̄ indiget digeſtione: ⁊ digeſtio indiget ſpatio tpis donec cōplea: tur: hinc eſt neceſſariuz q̄ ſignificet q̄ egritudinis ſolutio tardet pluſq; ꝓſumptio egritudinis prime in qua reſidet ſedimen album. ¶Dixit Ga. primo de criſi. vrina q̄ tendit ad rubedinē non clarā in qua eſt fex reſidens tendens ad rubedinē non clarā lenis eſt vrina ſalua valde: verūtñ indicat longitudinē egritudinis pluſq; vrina quaz pauloante diximus. ſ. in qua eſt hypoſtaſis alba: q: ſignificat q̄ digeſtio non cōplet. ⁊ hoc ideo: qñ illud tingit vrinam ⁊ facit eā puenire in hunc colorē non niſi q̄ ſubtiliatuz eſt de ſanguine. ⁊ opz q̄ miſceat huic vrine modicum colere citrine q̄ ſi ꝓſequat ex debilitate calitatis inate: vt nō gñet colera citrina neq; ſanguis ſit pplete digeſtus: ſz vt ſit ſāguis ſubtilis aquoſus ſigñat q̄ calitas inata longo tpe dōec redeat ⁊ ꝓfortet ⁊ ſigñat illō ite q̄ egri° ē ſalua pp nāz ſue māe: ⁊ illud ió qñ nō ē ſubtil aquoſa neq; cruda groſſa ſupfluā hñs groſſitiē: neq; ēt eſt acuta neq; putrida: ſz ē mā laudabilis ppinq̄ nāe ſanguinis. ¶Raſ. quoq; dixit. 2° ꝺti. qñ mingit eger vrinā rubeā ſpiſſam ⁊ turbidā in ꝑn° morbi ſi eſt in ea hypoſtaſis rubea liberabit eger: ſz poſt longū tp̄s. Sed ſi eſt ſine hypoſtaſi ⁊ non clarificat eſt mortalis. ¶Et vrina groſſa ⁊ rubea cuz hypoſtaſi rubea ſilis vrine febris

quotidiane cū vehementi angustia mortē declarat. ¶Et vrina grossa alba cū hypostasi alba signiat hūores mucillaginosos grossos z crudos. ¶Et hypostasis crocea flaua z glauca nō hz simbolū cū vrina grossa sz cum subtili. ¶Et vrina rubea subtilis aut nigra subtilis pauce residē tie in splenis passione: z eius grossitie ē male signionis: qz rubea clara signiat inflāmationē z nigra adustionē violentā: aut debilitatē nāe z subtilitas signiat violētā opilationē z hec oia sunt signa mala. ¶Vrina nigra subtilis hñs nebulā in ptibus diuersaz cū surditate z vigilijs in febribus adurētibus signiat fluxū sanguis nariū. nā nigredo signiat forte inflāmationez z nefesis diuulsā p diuersas partes significat motū: z pp vaporē petētē cerebrū: z accidunt inde surditas z vigilie. qñ nā facit crisim educit mās per partes ppinquas. Et aliqñ in morbis epatis apparet hypostasis similis hypostasi morboz renū in rubedie z croceitate. Et ait Raſ. dico habenda est dīa inter eas per colorē loca dolentia z alia significantia. ¶Et ait Raſ. ibidē vria rubicūda cū multa hypostasi in febribus habētibus paroxismos subintrantes solutionē morbi signiat. ¶Vrina rubicunda clara aut nigra subtilis paruā habens hypostasim in magnis passionib⁹ splenis ē mala: qñ rubedo z nigredo signiāt inflāmationē adurentē z debilitatē z tenuitas significat aliquā opilationē. ¶Et dixit. Residentia viscosa cū colore luido longitudinē morbi significat: z vrina multū rubea cū multa hypostasi in febribus pmixtis absqz rigore timorez portēdit. ¶Et vrina multa rubea in febribus acutis pueuientibus a labore si mutabit de subtilitate ad grossitiem erit in ea residentia multa z sequet hec soda: signiat prolixitatē morbi: z crisis erit cū sudore. Et cā est: qz mutatio vrie de subtilitate in grossitiē signiat mās digestionē: z qz residētia non est vera hypostasis signiat digōnē diminutā: z ob hoc plongabit morbus. Et qz febris erit pp laborē fiet crisis p sudorē qz mā declinabit ad cutez. ¶Dixit Alui. ad sumū. vrina rubee sbe z rubei sediminis signific appetitū z cruditatē. i. significat sanguinē crudū quo nō nutriunt mēbra vnde cibū appetunt z significat longitudinē egritudis qñ rubedo nō est vehemens z est illa q̄ est declinis ad turbulētiā. Et dixit de sedimine pendente rubeo declinatio eius ad supiora. cū est in vrina tenui significat i egritudinibus acutis pmixtionē rōnis: z si perseuerat timet p̄ditio vel appropinquat ei. Si aūt vrine sba incipit venire ad grossitiē z incipit pendens subsidere z albificat signiat salutē. ¶Dixit Theo. nigredo in nube melior est. i. minus mala z eneorima peior. Et in hypostasi perfecte mala est: qz signiat maiorē adustionē z terrestreitatē. q̄uis. n. eneorima nigrū z nefesis nigra p̄cedunt in duabus differentijs. s. in colore z loco: tñ qz nō tantam signiat adustionē quantā hypostasis nigra minus mala ea iudicat: signiat ēt calorē innatū non sic mortificatū quin aliqua generet vnctuositas vel fumositas in altū impellens sedimē. cuius oppm signific nigrū. i. fundo residens: z p oppm alba nubes bona est natans. pēdēs aūt alba melior ē. alba in fundo residēs perfecte bona est. ¶Dixit Raſ. 10. pti. Scias pole esse euenire hypostasim rubeā post albā: sz hec erit residētia alterius humoris q̄z sit alba. alba. n. nunq̄z fit rubea: sz rubea fit alba: rubea dicūt qdā non est decisa a tertia digone: sz a scōa: qz a sanguine. Et subrubea deterior est rubea: qz decisa a sanguie magis crudo z aquoso: q̄uis. n. subrubea magis appropinqt in colore hypostasi albe q̄z rubee: tñ qz maiorē signiat cruditatē deteriorē iudicat. hypostasis tñ subrubea aliqñ sequitur post rubeā: ppea q̄ sanguis incipit digeri z dealbari: z hec melior est q̄z rubea: z aliqñ subrubea precedit rubeā: z est deterior ea: qz signiat sanguinē aquosiorem. ¶Et dixit Rasis. ibidē. vrina diuersoz colorū sbaruz z ptentoz est mortalis: qz signiat diuersitatē humorū in corpore: z si fuerit sic quolibet die significat in corpore multos morbos.

Hypostasis alba nūq̄z fit rubea sz dñ ecōtra.

¶De mixtione colorū z aliaz dīarū vrine. Cap. xxxvj.

AFrit Raſ. 10. pti. vrina rubea subtilis pauce q̄ntitatis sp micta icteritia signiat patienti timorē: qz declarat violētā epatis opilationē: z ió est verendū ne deducat ad ydropisim. Et vrina rubea subtilis pauce q̄ntitatis timorē signiat. Et vrina spissa z multa eueniēs post pmixtionē rōnis signiat ipsius pmixtionis liberationē. ¶Et dixit vrina grossa z pauca in febribus adurētib⁹ est mala p̄pter cū patit fluxū vētris. Et vrina subtilis multe q̄ntitatis cuz corporis ponderositate z casu appetitus signiat corpus repletum multo cibo z potu: z p nā mundificat humores. ¶Et dixit. Inquit. Ha. qñ mingit vria mediocriter tenuis in febrib⁹: z postea multiplicat in q̄ntitate z subtilitate erit multū iuuatiua. ¶Dixit egi. in feb. acuta fert mortē: vrina paucula fetida pinguis. ¶Dixit. Al. 2ª. q̄rti vrina alba tenuis in q̄ est spuma z nubes citria timorē vehemētē pillō qō ipsa signiat de exacerbatōe z vehemētia acuitatis māe. ¶Dixit Raſ. 10. pti. qñ assiduat vrina grossa turbida in tpe status morbi acuti signiat multuz motū z pusillaz nāe operōnē. z necesse est q̄ redeat: z vrina grossa in pn⁰ morbi si clarificat añ aduentū crisis est mala: qz signiat q̄ nā est victa a mā morbi: z ió denegat vrine exitus. Et dixit. vria alba acuti odoris z tpe nō solito micta signiat dolorē capitis z colli z cubitoz z paruū anhelitū: z qñ color vrine ē mutatus z odor corruptus fetidus morbū declarat: z si forte p eā corpus reddit sanū z alleuiat signiat q̄ p vrinā educuntur nimie superfluitates. ¶Dixit Ha. 6° de interioribus. inueniunt in pessimis morbis epatis vrie grauis odoris z mali coloris in q̄bus ignorantes medici fallunt: qz credunt illud esse mortale: tñ nō sic qñ talis vrina venerit p viā crisis. ¶Dixit Raſ. 10. pti. vrina q̄ cito mutat subito de signis laudabilibus ad illaudabilia signiat mortē in morbis acutis: qz oio virtus cadit pp accītia fortia z maligna. Et dixit qñ vrina mutat in vna dispōne z nō mutat ē mala z peior vrina nigra est q̄ ñ pmutat: sz remāet i eadē dispōne: z qñ vrina in pn⁰ febris fuerit silis vrie sanoz: z in aug^to silis fuerit ei similis malū signiat: sz si in aug^to mutat signiat bonū. Et qñ vrina subtilis z nigra mutat ad grossitiē z flauū colorē absqz patietis gete signiat q̄ ex epate est icteritia aut exitura: qz mutatio nigredis ad flauitatē z subtilis ad grossitiē signiat digōnē z caliditatis diminutionē. z si patiēs cū toto hoc nō sentit getē ꝓpletā signiat q̄ aliq̄ superfluitas remāsit in epate: q̄ nō est egressa cū vrina: q̄ si ē grossa accidet opilatio z si est mordicatiua accidet exitura. ¶Dixit Alui. 1ª q̄rti. vrina flaua vel subalbida in febre acuta: qñ ouertit ad albedinē vel nigredinē est mala: qñ signiat p albedinez eleuationē mās ad caput: z p nigredine acuitatem q̄litatis egritudis. ¶Dixit Raſ. 10. pti. vrina nigra cū nebula acuti odoris z subtilis sbe in morbis acutis signiat alienationē z dolorē capitis: z signiat vt plus fluxū sanguinis ex naribus: aut nimiū sudorē: eo q̄ nebula nigra calitatis inflāmationē euaporātē signiat: z ob hoc accidunt in capite talia accītia facientia fluxū: z si labor est acut⁹: z nō petit supiora attingit musculos z facit horripilationē z sudorē. ¶Et vrina nigra hñs nebulā rotūdā absqz odoramēto cū spasmo z sudor z distēsiōe hypocūdrioz signiat mortē: qz nigredo absqz odor acuto signiat nāz deuictā z sudor ēt qñ ñē bon⁹ signiat nāe debilitatē z qñ est cū spasmo z distēsione hypocundrioz significat etiam nām deuictā z deprehensam.

¶Vrina que grossa permutatur ad subtilem in febribus significat in acutis crisim fieri cū multo sudore: z si est in febre adurente significat passionē in corde z in latere epatis. Et qñ vrina mutatur de subtilitate ad grossitiē: z ex hoc febris non est alleuiata: immo est violenta: est mala: qz significat humorū indigestionē z dissolutionē mēbroz radicaliū. ¶Et dixit. vrina alba turbida in pn⁰ pleuretis sp magnū

magnū tps fuerit cum tussi ⁊ vigilijs significat spiritus p/mutationē:⁊ si cum hoc fuerit sudor per totū corpus:aut fluxus sanguinis ex naribus significat salutem. ¶ Et dixit quedā mulier febricitauit cū magno labore ⁊ vrinauit vrinam nigrā multā velociter ⁊ alleuiata est febris: ⁊ medici astantes mirabanť ⁊ inquisiuerunt sup hoc ⁊ nō nouerūt q̄ non mundificabať p̄ menstrua:⁊ talis superfluitas fuit in ea retēta ⁊ mundificata fuit p̄ hoc. ¶ Et dixit vrina rubea aut flaua cū spuma crocea tingens pānos oñdit icteritiā:⁊ nefesis crocea oñdit acutā mām:qz figīat calorē petentez supiora corpis. Qz si cū ea accidit fluxus sanguinis ex naribus ⁊ mors ꝓpinqua erit:qz hic fluxus sanguinis erit pp colerā mordicantē venas cerebri ⁊ nō est creticus: ⁊ vrina colerica quā p̄cessit alba ⁊ est spumosa cū fluxu sanguinis nariū est mala. ¶ Et vrina alba subtilis:in q̄ supnatat nefesis crocea ⁊ spumosa magnā in corpe agitationē figīat. ¶ Dixit Aui.2ª ārti. vrina nigra pauca in febre adurente mortē figīat:qz figīat caliditatē febrilē ꝓsumptisse totum corp⁹:⁊ q̄ eius sanguis ē adstus. ¶ Dixit Raſ.10.pti. Vrina declinās ad rubedinē ⁊ ad nigredinē vel ad colorē sanguinis turbidi vt pluries signāt vehemētē inflāmationē ⁊ ī pedimētū digōnis ⁊ mortē. Et dixit.qñ in multa vrina est multa hypostasis nō erit crisis ꝓpleta ⁊ morbus recidivabit. ¶ Et dixit ibidē.qñ vrina in p̄n⁹ morbi aut parū post mingit spissa cū hypostasi alba illa hypostasis accidit pp digōnē hūor:⁊ sua spissitudo non ꝓcedit pp digōnē hūorū:sz pp eor cruditatē. ¶ Et vrina grossa cū hypostasi rubea signāt multū sanguinē: ⁊ h̄ est vt pluries in febribus adurētibus cū alienatione ⁊ angustia. ¶ Et dixit ibidē.q̄ hypo.dixit vrina cū hypostasi colīca subtili in superficie significat morbū esse acutū. ¶ Et vrina subtilis hīs nefesiz: aut nebulā rubeā ꝓpinquā superficiei vrie in aliquo morbo signāt sensus p̄mixtionē:⁊ si sp adest signāt mortē. ¶ Et vrina grossa diu micta in qua est multa residentia cū pondere situate tibiar lumbor ⁊ hypocūdriorū ⁊ cruriū signāt futuram nefesim in renibus:⁊ si ē in pectore tūc est in vesica.

¶ De vrina nāli ⁊ innaturali. Cap.xxxvij.

Iunt q̄ vrina diuidit in nālē ⁊ non nālē. Et vtraq; ꝛr sic dr̄ vrina nālis: non qz fiat a p̄n⁹ intrinseco:sz qz fit p̄m rectus cursum nāe a calore nāli ꝓueniēte vtuti digestiue. Et innālis nō dr̄ innālis:qz fiat a p̄n⁹ extrinseco:sz qz non fit p̄m rectū cursuz nāe ⁊ a calore nāli:sz ab innāli calore disproportionato ⁊ incōueniēti vtuti digestiue:⁊ iste modus dr̄ factus per viā gñonis vrine. 2° modo dr̄ vrina nālis ⁊ innālis p̄ viā significationis eius:⁊ sic nālis dr̄ que āttestať calori nāli se hīti respectu corpis i quo generať:⁊ innālis dr̄ eȝio. Et tā nālis q̄z innālis pōt ꝓsiderari in corporibus sanis neutris ⁊ egris. Et cōsideranť ambe p̄m oia illa q̄ dicta sunt supra esse ꝓsideranda in vria Et nālis qdem vrina ex pfecta sanguinis gñatione fit.innālis vo ex iperfecta.sincerus nāq; ⁊ purus sanguis manifestum est.qñ ⁊ eius superfluitas talis erit. Si vo ꝛz aliquē calum operans sanguinē vtus ipedita fuerit opus suū supficiens nō erit sanguis ille sincerus neq; purus: ⁊ p̄ ꝓs nec eius superfluitas. Et hinc est q dr̄ie vrinar sequunť in oib⁹ cōsiderandis in eis vt sba colore ⁊ alijs.nālem aūt vrinam ois medicus cognoscere conari dz nā ipsa erit iudex sui ⁊ cuiuscūq; innālis vrine. ¶ Dixit Ha. prima ad glau.termi nus vrine nālis est p̄n⁹ hore in qua sanguis est cōsecutus finem digōnis ꝓfirmate i corporibus eor q̄ sunt p̄m meliores dispōnes sanitatis:⁊ qui banc intuet vrinā ⁊ cognoscit eā.deinde ponit eā quasi ꝓuisionē aliar vinar facilis est ei inuentio dispōnum alterantiū eā. ¶ In sanis itaq; vrina nālis dz esse in sba mediocris: ⁊ quecunq; a mediocritate recedit versus extremū non est in sanis nālis: que.n.in eis est mediocris digōnē bonam factā esse significat.ppea dr̄ hypo.q̄ tenuitas vrine ⁊ eius spissitudo vtraq; maturationis significat priuationē:⁊ hoc ideo qz maturationē comitať mediocritas sbe:que tñ mediocritas sumenda est in cō paratione ad sanū corpus.cuius ipsa est:⁊ color qdē vrine nālis in sanis dixit Ha.2° de crisi.dz esse inter citrinū clarū ⁊ citrinū terreū:quē colorē dicūt quidā esse illū quē. Aui. citrinū vocauit. ⁊ dixit eū esse certū colorē nālis vrine.

¶ Theofilus aūt dixit.q̄ de coloribus q cū mediocri sba q̄ est ea q̄ p̄m nām ꝓiungi possunt p̄m Ha.in li° de crisi.sūt subruffus ⁊ subrubeus. Quidā aūt alius dixit.subruffum ⁊ ruffum ipse aūt Theo.dixit subruffuz subrubeū i medio hītes ruffum. ¶ Dixit Ægi.color ruffus vel subruffus q ē color aureus iunctus cū sba pura eq̄li ⁊ mediocri significat eq̄litatē cōplōnis ⁊ humorū tpantiā:eo q̄ talis color fit p tpamentū caliditatis ⁊ friditatis. Et talis sba fit ex tpantia humiditatis ⁊ siccitatis:ex tpantia.n.in calido ⁊ frido causať color medius inter extrema ⁊ talis color est ruffus ⁊ rubruffus.frigidi.n.humores vrinam discolorant ⁊ calidi colorāt.ergo humor tpantia tpatū ⁊ mediū facit colorem:sili siccitas sbam attenuat.hūiditas vo inspissat.ergo siccitatis ⁊ humiditatis tpantia mediocrē efficient sbaz q̄ erit cū quadā rutilāti claritate.s.colore viuido:sicut aurus ⁊ erit pura ⁊ puata omni turbulētia ⁊ feculētia.ergo significat nālis caloris vigorē potētis humorē depurare. ¶ Dicunt q̄ color vrine imo ipsa vrina pōt attestari supra equalitatē oium humorū in corpe:intelligendo de eor adeqtione in virtute:nō in q̄titate.oēs.n.in virtute p̄t adequari ⁊ ab eis eliquari vrina:⁊ sic ipsa vrina poterit supra ipsor eq̄litatē attestari:etenim oēs hūores adequati p̄t equal̄r agere in vrina:⁊ oare ei colorem equalē q̄ poterit induci p digōnē:⁊ p ipsor humor p̄mixtionē. ¶ Dixit theo.q̄ color nālis vrine attestať supra corpis sanitatē simpliciter. Nec est mirādū si ab auctoribus positi sunt diuersi colores vrine attestātes supra ipsaz sanitatē:sicut sunt citrinus:subruffus:ruffus:⁊ subrubeus:⁊ h̄ in diuersis hoibus: qz in vno corpore non esset nisi vnus:qz sanitas simpl̄ nō ē pctualis:sz est hūs latitudinē in q̄ vnus hō differt ab alio pp quā diuersitatē colores attestantes ipsam sanitatē simpl̄r debent esse plures diuersi q colores ls in sanis significēt tpantiā.in neutris aūt ⁊ egris p̄t signāre distēperātiā. Immo vt plures distēperantiā signāt. ¶ Dixit. A. vrina laudabilis ⁊ sana est mediocris sbe ⁊ subtilis tincture.i. remisse ad citrinitatē tñ trahentis ⁊ hypostasis si ibi fuerit erit bona p̄m modum supradictum ex albedine ⁊ lenitate ⁊ alijs ꝓditionibus bone hypostasis:⁊ h̄ sumpsit hypostasiz p eneoremate ⁊ nebula:⁊ notanter dixit.si ibi fuerit:qz in vrinis optie sanor nōdū appet hypostasis si fortes sint ⁊ resoluāt insensibiliter p̄primas superfluitates quas gīant. ⁊ maxie si multi exercitij fuerint. Amplius in p̄cedētibus narrate sūt vrine oiuz ꝓpōnū sanor. ¶ In corporibus vo neutris ⁊ egris vrina digōnem signans dz esse mediocris aut medio critate sani corporis aut mediocritate debita hūoris in eis peccātis:vt in hūore peccāte subtili:sit mediocriter tenuis ⁊ in hūore peccāte grosso sit mediocriter grossa:⁊ q̄cunq; vrina ab hac mediocritate recedit siue p grossitiē siue p subtilitatē est indigesta ⁊ indigōnē signans. Spisse nāq; māe dixit Aui.ē maturatio vt digerendo ad tenuitatē.i. vsus tenuitatē mutet:⁊ tenuis maturatio ē vt coquēdo mutet ad spissitudinē.i. vsus spissitudinē:nō eniz est neče ad h̄ vt mā digesta dicať vt deducať ad mediocritatē absolute:neq; q̄ deducať tenuis ad spissam absolute aut grossa ad tenuem absolute. ¶ Dixit. H. p̄ de crisi. ⁊ scribit a Rabi in 15ª pti. sic.melior vrinis egrotantiū est q̄ est silis vrine pfecte sani ⁊ est q̄ ē ꝓpleta digōne digesta cū equali sba ⁊ colore declinante ad citrinū tinctū vel quasi ad rubeū clarū.sz potius ad citrinū tinctū q̄z ad rubeū clarū. Et dixit laudabiliorū hus spēbus vrie est illa q̄ est pulchri coloris ⁊ est i ea nebu/

Vrina pōt attestari supra equalitatē oium humorū.

Colores vrine attestantes supra sanitatem sunt plures.

Vrina dīgōnem significans in corpori bus neutris ⁊ egris.

la lenis ⁊ ꝓtinua reſidēs in fundo vaſis:⁊ cuꝫ nebula ipſa eſt pendēs in medio eſt minor ꝑma:⁊ cū nebula ipſa manet in ſuperficie eſt minor ſcōa. Et he tres ſpēs ſignificāt oigō nē. Reliquarū vo ſpērū vine oium alique ſignificāt indi gōnē ⁊ aliq̄ ꝓditionē. Et inqt Sal. ſicut. 20. ſcribit ꝓtinētis. vina mutata a ſpiſſitudine ⁊ albedine ad croceitatē ⁊ ſub tilitatem ſignificat oigōnē occultā debilē. Et ſil̄r cū mutat a ſubtilitate ad turbiditatē. i. ſpiſſitudinē ⁊ remanet in ea dē diſpōne q̄ mingit ⁊ nihil apparet in ea:⁊ ſil̄r vina vere crocea cū mingit tenuis ⁊ hypoſtaſes ſunt in ea cū b̄ colo re multū rubee:⁊ vina in qua nō eſt aliq̄ hypoſtaſis :ſꝫ tñ eſt boni coloris ⁊ mediocrit ſpiſſa ſigiiat oigeſtionez fore. ¶ Dixit Almāſor. 10. qñ maturitatis ſignificatio h̄ ex vi na alba ⁊ ſubtili ſic ꝓcedit:q: pri⁹ glauceitatē acquirit po ſtea aliqualē groſſitiē:deinde paulatim ꝓcedit donec color ſit citrin⁹ ⁊ ſba mediocris. Sed in hac vina bonū apparet ſedimen ⁊ colores:q ſunt extra tempamentū:⁊ ſil̄r ſba. Et dixit Rabi in. 15ª. pti. oēs ptes vine in colore ⁊ ſba equales ſignificāt dominium ⁊ victoriam nature ſupra morbum.

¶ De variatione vine varietate etatum ſexus ⁊ rerum non naturalium. Cap. xxxviij.

De varie tate ſcōm etatem.

Vina varietatē recipit ſm varietatē etatuꝫ ⁊ ſexuū ⁊ rerū etiā nō nāliū. ¶ Dix Aui. 2ª. ꝑmi. vine infantiū ad lactiꝫ trahūt pro ꝓrietatē ex parte nutrimēti eor:⁊ ex ꝑte humi litatis cōplōnis ipſor:⁊ ió declināt magis ad albedinē humiditate ipſor multa obtundente ipſor calin nāle. Debet aūt ſimilari in ſba ⁊ colore nutrimēto ipſorum cū ſit vina ex nutrimento decolata. Puerorum vero vine groſſiores ſunt ⁊ ſpiſſiores vinis iuuenū ⁊ turbidiores:qr plures humiditates ⁊ ſuperfluitates habēt pueri q̄z iuue nes ꝓpter ipſor guloſitatē:ſed min⁹ albe q̄z vīe infantiū. vina quoq̄ puerorū dz eſſe multa:qr multo vtunt cibo: ⁊ potu etiā multo vt iuuet in digeſtioe multi cibi:⁊ vt tran ſire faciat nutrimentū per venas quas habēt iuuenib⁹ ſtric tiores. ¶ Et dixit Raſ. 20. cōti. Dico vine puerorꝫ ſemp ſunt multe hypoſtaſis ꝓpter multū aſſiduū ⁊ inordinatuꝫ cibū eor:⁊ ꝓpter fortem motū ipſorꝫ trahuntur ad venas humores calidi ⁊ indigeſti. iuuenū vo vine dixit Auic. ad formā ignis trahunt. ſ. in color:qr ſunt magis citrine q̄z vine puerorꝫ. ⁊ trahunt ad ſbe mediocritatē ꝓpter bonaꝫ diſpoſitionē ipſorꝫ. Et vine ſenū ad albedinē trahunt. ſ. re ſpectu iuuenis cū ſint remiſſioris caloris:⁊ trahūt ad ſub tilitatē ꝓpter ſiccitatem eor:ac etiā ꝓpter impotentiā ex pulſiue vtutis ipſorꝫ in expellēdo ſuperfluā mām cū vina ⁊ adiuuat ad ſubtilitatez vine eor frigiditas cōplōnis eos cōgelās. Eſt tñ idest cōtingit. dixit Aui. q̄ vine ſenuꝫ ſunt groſſe ſm ſuperfluitates in eis exiſtētes:quarū multiplicat eūo. Et decrepitorꝫ vine maioris ſunt albedinis. i. minus tincte ⁊ minoris ſubtilitatis q̄z vine ꝑmor ſenū. Eſt tñ cū ꝑdicta groſſities que interdū reperit in vinis ſenū ꝓpter expulſionem ſuperfluitatis eor in vinis aliq̄n decrepitor:uꝫ reperit:ſed raro ꝑp potentiā expulſiue ipſorꝫ. Cū aūt acci dit in eis vina vehemēter groſſa apti ſunt:vt in eis genere tur lapis. ¶ Dixit Aui. mulierꝫ vine ſemper ſunt maioris groſſitiei ⁊ albedinis ⁊ minoris pulchitudinis q̄z vine vi rorū. Et hoc qdē ꝓpter debilitatē digeſtiue eaꝫ:⁊ ꝓpter ſuperfluitatū ipſarꝫ multitudinē ⁊ amplitudinē celiū: vñ ex pellunt que ab eis exeūt:⁊ ꝓpter illud qō ab eaꝫ matrici bus ſoluit ⁊ ad vine inſtm tendit:q̄uis eniꝫ ſm totā cor poris humiditatē vie mulierꝫ ſint ſtrictiores vijs virorꝫ:vie tñ vine ⁊ matricis ꝓpter finē facte ſunt eis latiores q̄z in vinis:debebāt. n. ꝑeas ſuperfluitates groſſe ⁊ multe eūari. ¶ Dix Raſ. 20 ꝓti. hypoſtaſis in vinis mulierū eſt maior q̄z in vinis virorū ⁊ ei⁹ color nāliter eſt albus:⁊ intellexe rūt ceteris paribus de cōplone etate ⁊ alijs. Et dicūt. debi litas oigōnis mulierū nō eſt tāta q̄ poſſit eſſe cā tenuitatis vine:ſꝫ eſt cā multitudinis ſupfluitatuꝫ. ¶ Dixit Raſ. 20. ꝓti. vina maſculi qñ mouef turbaf ⁊ ei⁹ turbatio eſt ver ſus ſupiora ⁊ vina mulierū eſt ſubtilis:⁊ qñ mouef nō turbaf ⁊ in ſupficie eius ſunt ſpume rotunde. Et Aui. dix. ma ſculoꝝ vine cū cōmouenf turbanf ⁊ declinat eaꝝ turba tio ad ſupiora:⁊ eſt q̄ ꝑm plm turbidanf :⁊ hoc eſt ꝓpter ſubtilitatē vine ipſorꝫ: vnde groſſum ſepaf a ſubtili ⁊ pe tit inferiora:⁊ groſſum illud nō eſt multe grauitatis. Jóq̄z cū cōmouenf vina de facili ſupiora petit:vñ turbatur illo groſſo exīte facil̄r ꝑmiſcibili aquoſitati vine virorū. Sed mulierū vine dixit Aui. fere non turbātur ꝓpter paucam ſepationē ſui:⁊ maxime non turbanf faciliter:qr ſba vine eaꝝ eſt groſſa:⁊ ob hoc eſt inobediens ſepationi groſſi a ſubtili:⁊ ſi pur turbata fuerit erit eaꝝ turbatio pauca. Et ſubdit Aui. q̄ vine mulieꝝ hñt ſm plm ſupra ſumitatem ſuā ſpumā rotūdā:qr vinis eaꝝ multa miſcef ventoſitas ꝓpter guloſitatē ⁊ viſcoſitatē māe ipſaꝝ. Dixit Aui. In vi nis virorꝝ ilico cū mulierib⁹ miſcent ſunt fila adinuicē tex ta:qr in vina miſcenf q̄dam partes ſpmatis retēte in cana li virge extēſe in modū filorū. ¶ Et dixit Aui. 2ª. ꝑmi. vi na poſt comeſtionē albet nec ſic deſinit albere donec oigō incipiat:q̄ incipiēte incipit vina tingi:⁊ ió vine vigilan tiū ſunt albe. nā in nimia vigilia oigō nō bñ celebraf. ad b auxiliante innati caloris reſolone in vigilijs:talis tñ vine albedo nō eſt luminoſa:imo attinet fuſcitati ꝓpter ꝓuatio nē oigōnis. ꝓcipue tñ vina eſt alba poſt multā comeſtio nē ⁊ nimiā potationē:poſſet. n. poſt cibū ⁊ potū aliqua ps eoꝝ aquoſa tranſire ad vias vinales cū qua nō eſt facta di gō:nō fit. n. debita cōmixtio colerice ꝑtis:q̄ etiā nō traben re in corꝑe debitā morā albet vina. Jncepta aūt digōne ⁊ iā tracta ꝓueniente mora incipit vina tingi. ¶ Vine vigi lantis reſpectu ſomni ſunt albe:qr in ſomno reuocata ina ta calitate ⁊ facta potēte de colica mā in maiorī q̄ſtitate:⁊ etiā meli⁹ pōt aquoſitati vine ꝑmiſceri:⁊ ipſa etiā calitas aucta magis tingit vinā. dicūt in ſuperfluis vigilijs vinā tingi:⁊ cōtingit etiā eā dealbari. Si. n. ex vigilijs calor ve hemēter intendif ⁊ exacuif vina tingit. Si. n. calor reſol uif ⁊ debilitaf vina albeſcit ⁊ ei⁹ albedo nō eſt luminoſa: ſꝫ attinet fuſcitati ꝓpter nālis caloris mortificatiōez. ¶ Di xit Aui. vine p̄gnātiū in ꝑn⁹ ſunt clare ⁊ ſupra ipſaꝝ ſup ficie eſt nebula:⁊ qñq̄z trahunt ad colorē aq̄ cicerū aut aq̄ pedū hyrcoꝝ ⁊ in ipſa eſt yrinus ⁊ ſupra ſumitatē earū eſt nebula:ſꝫ quocūq̄z mō fuerit in medio vī ſicut cotū carmi natū:⁊ eſt cū eis ſunt grana q̄ aſcēdunt ⁊ deſcendūt. Cūq̄z yrinus manifeſtior fuerit erit impregnationis ꝑn^m:⁊ cū lo co eius fuerit rubedo erit in fine impregnatiōis ⁊ ꝓprie ſi turbātur cū mouenf. Qñ mulier cōcipit maſculū eius lac iſpiſſaf:qm̄ ꝓſupta hūiditate ex calore lac fit ſpiſſuꝫ:ita vt gutta poſita ſupra vnguē vel ſupra marmor nō defluit: ſed laterales partes eius reducūt in circulū:cui oppoſitum eſt lac cōcipientis femellam ꝑp cām oppoſitā. ¶ Urina autez ꝑturientiū. dixit Raſ. 20. ꝓti. vtplm eſt nigra ac ſi eſſet tin cta carbonib⁹ vel atramēto:⁊ hoc eſt ex permixtione cole re nigre cū ea. Et Aui. dixit. vina ꝑturientiū ſm plurimuꝫ eſt nigra:⁊ qñq̄z eſt ſicut atramentum: ⁊ ſicut ſordities. ¶ Dix Aui. qñq̄z cōfert medico ſi animaliū vinas cogno ſcit ꝓpter ea q̄ cū ipſe in eis expif certitudinē facit: ⁊ hoc qdem difficile eſt. Quidā aūt dixerunt q̄ vina aſini eſt in ſba ſicut butyrū liquidū cū turniditate ⁊ groſſitie exterio ri. Et ſubiugaliū vine ei ſimilanf:ſunt tñ citrine:⁊ videbi tur tibi q̄ medietas vinalis ſupior ſit clara ⁊ inferior me diocriter turbida. Ouiū vo vine ſunt albe ad citrinitatem trahētes ꝓpinq̄ vinis boīum:ſed ſbam nō hñt ⁊ eaꝝ ſedi mē eſt ſicut oleum:aut ſicut anurca. Et cuiuſcūq̄z nutrimē tū fuerit meli⁹ erit eius vina clarior. Urina vero capioli vinis boīum ⁊ ouiū ſimilaf:ſꝫ neq̄z ſbam hz neq̄z ſedimen ⁊ eſt clarior vinis ouiū. ¶ Et dixit Aui. ſyrupū acetoſum

De vine pregnātiū

De vinis ꝑturientiū

De diuerſitate ſm reos nō naturales.

Dīſa iter vinā boīs ⁊ aliox aialiū ac iter alios liquores.

⁊ oẽm liquorẽ qui fit ex aceto ⁊ melle ⁊ aq̃ ⁊ ficubus ⁊ reliquor q fiũt ex croco ⁊ eis silꝫ ꝙ̃to magis tibi appropin quas erũt in claritate magis augmẽtati: ⁊ q̃to plus elongaueris eos ꝓsidera an oporteat vt augmẽtẽ grossitudo. Urina vo ab eis est diuersa: qr ydromellis ppea spuma est citrina: ⁊ aque ficuũ sedimen a latere descendit ⁊ nõ in medio neq; ordinate neq; habent motum.

¶ Tractatus quinti. Distinctio quarta.

¶ De egestione ⁊ significatis eius in generali. Cap̃.j.

Egõ duo ꝑ mo, a sumit

aut nigre. nõ accidit nisi qñ infrigidanť ⁊ nõ ifrigidanť nisi qñ accidit eis mors. ¶ De signo sumpto a lippitudine. dixit Gal. in cõmẽ. q lippitudo accidit qñq; ꝑpter cãm in oculo. sicut in opthalmia: ⁊ alijs egritudinibus oculoꝝ: ⁊ nõ signiat timorẽ: ⁊ accidit qñq; ꝑpter debilitatẽ vtutis nãlis regentis oculos: qñ nõ pót digerere cibũ q venit ad oculũ. Est. n. lippitudo supfluitas cibi: cuiꝰ digõ nõ rectificať. Et distinguiť in cõtingente in opthalmia: ⁊ alijs egritudinibus oculi: qz in ista oculi submergunť. Dixit enim Raſ. i6. ptiñ. Quotiẽs fuerit lippitudo cũ ꝓcuitate oculoꝝ cõfirmať cã q est ex debilitate nãe: ⁊ nõ ex supabũdãtia hũiditatis. ¶ Dixit Aui. multitudo aggregatiõis lippitudis: ita q aliqd eiꝰ est post aliqd est mala: ⁊ lippitudo sicca valde: ⁊ hmõi qdem lippitudo gñatur ꝑpter penuriaz vtutis oculi innati in maturãdo ⁊ digerẽdo mãm ⁊ silr sentit cum plurimo eiꝰ per exuberãtiã rei veniẽtis ad oculũ q conať exire: ⁊ nõ licet vt dicať q illud sit ꝑpter multitudinẽ hũiditatũ venientiũ ad oculũ: ꝓpea q pigra sit nã in digerendo eas: qz oculus in hac dispõne est siccus ꝑfundus: ⁊ sigª siccitatis manifesta: ⁊ silr siccitas lippitudis. velox. ¶ De signo sumpto a tortuositate oculoꝝ. dixit. G. in cõmen. q accidit ex spasmo lacertoꝝ mouentiũ eos: ⁊ qñ fuerit hoc ꝑpter hanc cãm nõ significabit rẽ malã. sz qñ fuerit ꝑpter cãm neruoꝝ venientiũ ad eos a cerebro: tũc est signũ pnitiosa in vltimo. qõ qdẽ est: qz lacerti ꝑpinq cerebro vehemẽtiꝰ signiant nocumẽtũ eueniẽs in eo: ante oẽs alios lacertos. ¶ Dixit. A. tortuositas oculi: ⁊ ipsius strãbositas infe. acuta est signũ malũ valde. sz si fuerit a spasmo: tiñ lacertoꝝ oculi ꝑpio absq; nocumẽto in cerebro est malum: sed nõ valde. Et discernitur: qz qñ est ex spasmo lacerti oculi tñ nõ est pmixtio rõnis: ⁊ silia signa signiantia lesionẽ cerebri. dixit iudeꝰ spasmꝰ oculoꝝ: ⁊ ipoꝝ collectio est de signis mortis cũ ꝑprie oculi debeant esse repleti: ⁊ humidi. vnde quotiens restringunť significant super malitiã. ¶ De sigº sumpto a nimia mobilitate oculoꝝ. dixit. G. in cõmẽ. oculi agitati sunt quoꝝ motus est semper: ⁊ significãt maniaz aut tremorẽ lacertoꝝ oculos mouentiũ: ⁊ ista duo accñtia simul qñ accidũt in egritudine hmõi significãt: pnitiem: qõ est: qz mania qñ est euentus eius ꝑpter ꝓuationẽ hũiditatis est mala valde: ⁊ tremor etiã est accidẽs ꝑpter siccitatẽ. dixit Aue. oculi si veloces fuerint cũ alijs signis malis est de signis mortis. Dixit Raſ. i6. ptiñ. revolo oculoꝝ supabundans absq; quiete significat sup alienationẽ mẽtis: aut tremorẽ accidẽtẽ in musculis oculoꝝ. ¶ De signo aũt sumpto ab imobilitate oculoꝝ dixit Alm̃. io. Cõgelatio oculorum quoꝝ palpebre nõ palpitant accñs est mortale. Dixit Aui. intuitª stans absq; palpitatiõe: ⁊ motu est sigm malũ. ¶ De signo sumpto ab appitiõe albi in sõno oculoꝝ. d. A. si remanet palpebra in somno apta absq; ꝓsuetudine est signũ nõ bonũ dixit. G. in cõmẽ. dico q accñs hoc accidit a debilitate vtutis mouẽtis palpebras: ⁊ est interficiẽs si nõ fuerit euẽtus eius a causis extrinsecis. Cause aũt extrinsece ad inducendũ hoc accñs: opz vt sint cõsequute cũ vehemẽtia vtutis: vt ꝑsternant vtutẽ: ⁊ mollificẽt eã: sicut solutio vẽtris magna: ⁊ alia dicta supra. Et dixit Aui. si remanet oculus in vigilia aptus: ⁊ opponiť ei digitus: ⁊ nõ palpitat est signiatio mortis. Et Dixit. vehemẽtia aptiõis oculi iterũ cũ alienatione ⁊ debilitate est mortale. ¶ De signo sumpto a splẽdore: ⁊ alijs que apparẽt videre ante oculos. dicũt q ista accñtia qñ eueniũt rõne organi: ⁊ spũum visibiliũ in acutis febribus est signuz bonum: qz pñt signiare crisim. Et si qdem splendor rubeus fuerit significat fluxuz sanguinis nariũ. si vo niger signiat vomitum vt plus. Sed quãdo sunt ꝑpter inflãmationẽ magnã cerebri ⁊ spirituuz qãliũ ⁊ visibiliũ sic sũt sigm malũ. ¶ Et dixit Jpo. q inuersatio palpebraꝝ signiat spasmũ: aut mollificationez vnius duoꝝ lacertoꝝ qui oculũ coopiunt: ⁊ ambe iste due egritudines interficiunt infirmũ qñ reliq signa significant simile illius. ¶ Dixit Raſ. i6. ptinẽ. ex 6º epidimiaꝝ. pulsus q ꝓeest facit: ⁊ lippitudo sicca in palpebris signiant sup vltimitatẽ siccitatis ⁊ debilitatẽ vtutis. ¶ Dix A. si aggregať sup pupilla cũ est apta aliqd: sicut tela aranee. deiñ recedit ad palpebrã: ⁊ fit lippitudo: ⁊ non cessat esse sic est signum ꝓpinquitatis mortis. ¶ Scias q licet oculi nõ sint mẽbra ꝓncipalia: qz tñ cerebro influit oculis mittendo multos spiritus hinc est q per oculos multa signiare possum?. ¶ Dixit Gal. in cõmẽ. q oia ꝑdicta accñtia sumpta ab oculis sũt res ꝓeter nãm. verũtñ in hoc diuersificanť: qz quedã eorũ dicunť esse ꝑpria rebus nãlibus sermone absoluto: ⁊ quedã valde. Et quedã sunt plus signiantia malitiã ⁊ quedã min?. ¶ Et scias q ꝑm Gal. in cõmen. predicto accidentia plura accidunt quandoq; in ꝓncipio egritudinis non ꝑpter egritudinẽ: sicut effugiunt ante oculi lumẽ ꝑpter vomituz qui ꝑcessit: ⁊ qñq; lachrymanť ⁊ torquẽtur: ⁊ eminẽt ⁊ rubẽt eorũ vene nõ ꝑpter egritudinem: sed mutatio venaꝝ eoruz ad fuscedinẽ vel nigredinem nõ accidit in ꝑnº egritudinis. Et similiter nõ submerguntur etiã oculi sui in submersiõe vehemẽti neq; accidit in eis lippitudo: sed sunt necessarij ad illud ad minus tres dies vel quatuor. ¶ Dixit Jsidor. 12. ethico. In oculis eorũ qui infra triduum morituri sunt non videntur imagines in pupilla.

¶ De signis sũptis ab alijs ptibº faciei ore excepto. C. ix.

HAquit Jpo. ꝑmo pnosticoꝝ: si palpebre inuerse fuerint si labia similiter fuerit: aut nares distorte fuerint his signis siue solis siue cũ ꝑdictis mortẽ primaz indicabis. ¶ Et in 4º affo. dixit. in nõ deficienti fe. si labiũ aut oculus: aut superciliũ: aut nasus distorqueantur iã debili exñte corpe ꝑpe mors est. Et scias q cõsimile iudiciũ dari pót de quocũq; alio mẽbro ptorto: ⁊ q in qbusdã libris inuenit loco palpebre inuerse palpebre spasmate. i. cõtracte. ¶ Et dixit Jpo. liuide palpebre. ⁊ sub. alioruz dictorũ mẽbroꝝ. mortẽ pnunciabis: qz liuiditas dictoꝝ mẽbroꝝ signiat vehemens frigus eis dominari: liuiditas. n. oculoꝝ ⁊ aliorũ dictoꝝ mẽbroꝝ frigiditatẽ eoꝝ mõstrat: ⁊ ꝑprie ad mortẽ attinet. ¶ Dixit Aui. 2ª q̃rti. siccitas palpebrarũ est mala ⁊ tortuositas nasi est mala: ⁊ signiat ꝑpinquitatẽ mortis. cũ. n. in ea est spasmus. malus est mortalis. Et dixit. applanatio eius iterũ est mala. ⁊ esse cõtẽtũ attractiõe aeris naso ⁊ naribus est malũ. Et si inuenis ex anhelitu nasi odore piscis: aut butyri: aut luti. sup. est maluz. Et distillatio aque citrine in febribus acutis ex naso fortasse est signo ꝓpinquitatis mortis. Et dixit. si non sternutat cum obtarmicis idest medicinis sternutare facientibº naribus approximatis: cõueniẽter est signo mortis: qz signiat vltimitatẽ debilitatis virtutis cerebri. Et dixit. destructio sensus. s. odoratus similiter est signo mortis. ¶ Dixit Raſ. i6º ptiñ. In causone quotiẽs pungiť nasus cum vngue vel alio: ⁊ de eo non egrediť sanguis signo mala erit. Et Aui. vbi. s. dixit: Si nõ facit ei fluere sanguinez ex naso pcussio siue rascatio. sup. est signiatio mortis. Et dixit. si infirmus mittit assidue digitũ suũ ad nasuz q̃si mũdificet ipsum sine cã est signũ nõ bonuz ⁊ exitus aque idest potus cuiuscũq; per nasum est malũ. Et predicta oia signa verificantur qñ accidũt a causa intrinseca. ⁊ prauitate morbi: ⁊ maxᵉ vtute ente debili: ⁊ in ꝑcessu morbi nõ in ꝑnº. ¶ Dixit Alber. qñ ciliũ superius fuerit q̃si inflatũ aliquãtulũ ꝓcedens supra oculũ signiat somnolentiã. qñ vo fuerit tenue ⁊ curtũ. ita q cooperit oculum significat interiora destituta ex sicitate. Et si infirmus talẽ ciliũ ex infirmitate acceperit sigm est mortis. ¶ In lib. de signis mortis: ⁊ etiã in lib. absq; auctore. i6º ptiñ. dr. Quotiẽs videris egrũ iacere sup dorso ⁊ ore aperto oculis: aut albedine oculi apparente in totuz cũ absentia nigredinis ipsoruz in palpebris superioribus

mozif. ¶ Dixit. A. dicitur. s. in dicto lib. q̄ ille sub cui⁹ oculis apparet pustula: sicut lens alba mozitur in die. io. z apparet in eo desiderium dulcedinis. i6. cōtinē. Quotiens citrina fit vltima pars nariū. ¶ Dixit Aue. 4. col. qñ supciliū: aut labiū: aut nasus signū habent luteum obscurū mozitem propinquam significant.

¶ De signis sumptis ab oze. Cap. x.

Dez pal/pebze ap/ta.

Enere os apertū in somnis nō pp opilationē nariū nec a ꝓsuetudine neq̄ a fluxu: aut alia cā ꝑmitiua exiccāte ꝑcedente in febzib⁹ acutis malū: q2 signū est nimia siccitas z defectus vtutis in claudēdo os. signū est etiaz nimia intēsio fe. vt cogat eger os tenere apertū: vt sic satisfaciat aucte nēcitati. ¶ Dix A.2ª q̄rti. Si remanet os apertū in egritudine acuta est signo mala. ¶ Dixit. H. q̄ qñ infirmus dormit oze aperto semper si illud fit a cā extrinseca cuius virtus sit debilis: tūc illud est ex debilitate vtutis motūs lacertos q aperiūt os z claudūt. Et subdit. q̄ si inueneris iterū infirmū aperire os suū ꝑter somnū. tūc illud est signo sup maledictionē magnā: est. n. hoc deterius. dūt nō est aptio oris in somno ita malū signū sicut aptio palpebrarū: q2 magi remoti sunt a cerebzo lacerti oris q̄z lacerti palpebraꝝ. Et dicūt. cātur apertio oris z palpebraꝝ in somno a siccitate diffozmi: z nō equali cū quadā lapsitate. Et ideo in ethica nō inuenit eoꝝ aptio necessario ꝑter esse ei⁹ siccitatē magis equatā: licz nō sit in cōueniens ꝓpe mozte in ethico ꝓtingere eā: z maxime iā multū debilitata vtute. Et silr dūt. in tetano etiā de siccitate nō nēcio inuenit dicta oris z palpebzaruz aptio: q̄uis in ea mēbza neruosa sint sicca. q2 cōtingens est q̄ maioz siccitas sit circa palpebzas: z mādibulas in febzibus acutis z maioz vtutis debilitas motiue eoꝝ q̄z in tetano ꝑdicto. Cā aūt ꝑter quā oris apertio z oculoꝝ appeat plus in somno q̄z in vigilia est: q2 in vigilia vtus motiua mouet plus: z plm cū conatu z nixu q̄z in somno z maxie in somni ꝓn⁹. ¶ Dixit Raſ. i6. ꝓtiū. ad linguā: z os aspera per nām si asperitas velociter inducit per quire hoc in mozbis acutis: z iudica ſm illud. silr perqre cibariū: z potū ne ipsa inducant in eis asperitatē: z asperitas tunc nō erit verenda si talis fuerit. Dico ergo q̄ quidā infans passus est eminentiā epigloti: z gargarismate facto ex rob mozoꝝ: z nucū: denigrata fuerūt valde: z extimauit medicus ipsum egritudinē acutā pati dū ei notificam⁹ cām eius. ¶ Dixit Raſ. ibidem. si spumā per os emiserit moztale signū erit post dies. ¶ Cū quis bibit z vinū vel aqua per nares egredit significatur sup squinantiam: z sup vltimā angustiā gutturis: sz in mozbis acutis signat sup vltimitatē reumatis: z primū piculū. ¶ Et dixit. Fixura labiorū in fe. signat q̄ fe. cōsumpsit būiditates de cozpe supabū dāter. Et dixit. ariditas labioꝝ: z lingue in febzib⁹ signat q̄ febzis cōsumpsit būiditates de cozpe laudabile: z dixit. febzis que vlcerat labiū: aut erit tertiana vā: aut effimera: cuius cā fuerit sol. sup. vel aliud calefaciēs ptes capitis. Et vlceratio labij signant sup paucitatē māe: z ei⁹ leuitatē sup nām. ¶ Dixit. in signis mozt is q̄tiēs ꝑerit labiuz inferius supioꝝ labio vel supius inferioꝝ: z si mozdet labiū cū dentibus expandēdo illud ad inferius. ¶ Dixit. A.2ª q̄rti subleuatio vni⁹ duoꝝ labioꝝ. s. si ꝓuenit a spasmo in febzibus acutis est malū. Et scissio labioꝝ in acutis signat supfluitatē inflāmatiōis: z ꝓctio eoꝝ: z frigus ipsoꝝ est malū. Et dixit. cōmotio dētiū in febzibus acutis: z q̄si ille cuius sunt comedat aliqd signū est nō bonū. ¶ Dix Jpo. 2° ꝓnostico. frendere dētib⁹ ꝑter solitū nec a puero in febzib⁹ mozte vel maniā signat. Q̄ si frēdet cū insania: mozs vicina segt. Uñ. d. Judeus. quotiēs eger frēdet dētib⁹ cuz alienatione mētis ꝓximā mozte ꝓnūciabis. Et Aui. dixit stridoz dentiū z comotio eoꝝ absq̄ ꝓsuetudine fortasse signat maniā: z si mania nō accidit. z deinde accidit. signat illud ꝓnitiem nisi in eo q assuetus est eo. Et dixit. ꝓpter debilitatē cozdis alit cozpis patiētis stridēt dētes ei⁹ a q̄libz cā. ¶ Dix. H. in cōmē. Stridoz dētiū accidit qñ mouentur lacerti masticatozij in exterioribus mādibulis motu spasmi: q2 sic moti. adinuicē cōfricant dentes. Et dixit. ex oibus cui accidit illud ꝓpter cām q̄ accidit in istis lacertis tm̄: aut in ꝓn⁹ generatiois cozpozis: aut in fine. i. in ꝓcessu ei⁹ ꝓpter aliquā cāꝝ. Et ex eis est cui accidit illud cū oꝛigini neruoꝝ. s. cerebzo accidit nocumētū ex quo possibile est accidere neruis qui ex eo oꝛiunt spasmū. Et iste spasmus ex nocu⁰ cerebzi accūs istis lacertis est silis cāe q̄ accidit in lacertis oculoꝝ q agitant q̄ō est: q2 receptio nocumēti i cerebzo ꝓpinat in quibusdā cozpozib⁹ ad lacertos oculi: z in qbusdā ad lacertos qui sunt in mādibulis: z in qbusdā ad alios aliozum: mēbzozū: z hoc accūs signat maniā. i. pmixtionē rōnis vehemētē z mozte. Et cā in signone mozt is est nocumētū euenies sup cerebzū: z si inuenis. dix H. hec duo accūtia silr. s. maniā: z stridoz dētiū: tūc scias q̄ eius mozs iā appzopinquat valde. stridoz q̄ dētiū signat maniaz si est absq̄ ea vel mozte: sed cū ea signat mozte ꝓpinquā. ¶ Dixit Jpo. 4° affo: qbusc̄q̄z in febzib⁹ limositates fiunt in dētibus fozt iozes z diuturniozes fiūt febzes. Et rō est q2 limositas que est q̄dam ſba cozpulēta grossa est aliq̄n petrificata calidita te fozti resoluēte subtile z dimittēte g̃ssum petrificatū i mā flātica vel melica a qua g̃nat: de q̄ petrificata maxie intelle xit Jpo. in dicto affo. Dixit. A. dz q̄ ille cuius dētes coopeziunt viscositatibus in febzibus signat q̄ febzis ei⁹ sit vehemēs. signat. n. vehemētē febzē: z mām viscosiz tarde resolutionis. Jsta mā ex q̄ fit limositas in dētib⁹ ſm plm est flātica. Et cū sic est limositas illa remanet colozis albi. Ali qñ tñ est melica: z tūc remanet colozis nigri. Febzis in q̄b limositas accidit ꝓp viscositatē vel grossitiē māe est lōga: z est multe caliditatis petrificātis: tñ nō ē malo⁹ multū accētiū. Dixit. n. H. 5° affo. in cōmē. affo. Quicūc̄q̄ a tetano z̄c. nā nō sustinet silr fozt itudinē mozbi z lōgitudinē ei⁹. ¶ Dixit. A. vbi. s. cū accidit infirmo oi hoza: vt mūdificet dētes absq̄ ꝓsuetudine q̄ currat est signo nō bona: z dixit q̄ viriditas dētiū dualiū est signū malū. ¶ Dixit Almñ. io. Cū labia cōtozquētur aut nares aut palpebze: aut supciliū i egritudinib⁹ acutis post multā debilitatē: z postq̄z eger sensuz amiserit iā mozs iminere signat. ¶ Dix Raſ. i6°. ꝓtiū. fetoz oris in mozbis acutis dat signonē periculosaz. s. pri⁹ nō exīs: q2 signat putrefactionē magnā in stō: aut in mēbzis anhelit⁹ vñ dix Almñ. io. Fetoz anhelit⁹: z oris in acutis egritudinib⁹ sig^m ē mozt ale. Et. A. dix. vehemētia fetoris oris in egritudinib⁹ acutis est sig^m mozt is: qñ signat oium humozū coꝛruptionē. dūt odoz anhelit⁹ febziētis refutabilis est nāe violētia ipsi⁹. Et nutrices cognoscūt puez qñ patit febrē ex odoze anhelit⁹ ipsi⁹. ¶ Dixit Raſ. i6. ꝓtiū. ex 6° epidimiaꝝ. color lingue signat coꝛruptionē in cozpe: sicut facit vina cū color bui⁹ necessario sit silis colozi būoris cōdominātis: eo q̄ est spōgiosa velociter recipiēs humozem. Jōq̄z colozatio ipsius fit ab ipso humoze ꝓcauāte eā. Et apparēt in ea vires ipsi⁹: z colozat color ipsi⁹ būoris ꝓdominātis ad modū oculi in icteritia. Et dix. nigredo ligue semper patit supabūdātē caliditatē ꝑculdubio z penit⁹. dixit A. denigratio lingue in egritudinib⁹ acutis est sig^m ad malitiā declīue. ¶ Et dix Raſ. vbi. s. q̄tiēs lingua in ꝓn⁰ mozbi fuerit aspa. deiñ ingrossabit in determinatiōe mozbi. i. in statu z nigrescit in fine sig^m est mozt ale. cū significet q̄ debilitata est caliditas ꝓnata. q̄ si nigrescit in. 4°. die peioz erit ei⁹ ꝓditio valde: sz si nigrescit ꝑ terminationē mozbi q̄ in fine ipsi⁹ signat sup plixitatē mozbi. Et Aui. dix. qñ ligua exasperat in ꝓmis exiccat. deiñ exasperat cū statu. deinde denigrat est mozt ale z ꝓprie in. 4°. ¶ Et dix Raſ. i6° ꝓti. nō q̄tiēs cū dñabit sanguis rubescit lingua neq̄ q̄tiens flā albescit. sz colozat ex vapore ascēdēte ad eā: z hoc fit quo/

Asperitas lingue.

Ulceratio labiorum

Limositas dētiū.

Fetoz oris z anhelit⁹

Mutatio coloris lingue.

Stridoz dentium.

tiẽs hmõi humores inclusi fuerint in stõ qui calefacti vapo
rẽ dant. ¶ Dixit Aui. cõsidera in aspitate lingue ⁊ altera-
tione coloris lingue cõsideratione supflua ne int cã eius res
tingens: ⁊ nõ tingit lingua ab oi humore dñante in oi di-
spositiõe donec pueniãt ad eã cũ sba sua vel p vicinitatẽ ali-
quop mẽbrop cõicantiũ ei. ¶ Dixit Raſ. i9. otinen. Color
lingue quotiẽs fuerit croceus: aut rube⁹ figñat sup sangui
nẽ cũ quo erit hũiditas filis vntuositati. Et dix. lingua sic-
ca ⁊ nigra valde sigñat sup violẽtiã adustionis ⁊ supabun-
dantiã vaporis calidi. ¶ Dixit Aui. cũ lingua degniraf: ⁊
vrina est alba subtilis sigñat mortẽ: ⁊ cũ denigraf lingua
cũ alleuiatione febris: tũc febris est sepulta. Et dixit. exicca
tio lingue: saliue nõ sunt bone. Et dixit. aspitas lingue: ⁊ sic
citas eius est sigño pleuresis. al's frenesis. ¶ Dixit Aue. 4°
col. pustulas betheralitas hñs cũ extremitatũ frigiditate
moꝛs ꝓxima est: qꝛ significat in cerebꝛo vel vẽtre calidum
apa ⁊ malũ. ¶ Dixit Aui. s. oꝛ in lib. secretop: Jpo. q̃ qñ
exuberat sup linguã in febꝛe acuta: sicut cicer nigrũ: aut si-
cut granũ kerua: tunc moꝛs est ꝓpinqua: ⁊ accidit ei deside
riũ rerũ cal'arũ. ¶ Dixit Aui. 2ª quarti. exiccatio pulpe au
ris. i. partis inferioris eius: ⁊ cõtractio superioris extremi-
tatis est signũ malũ. Et dicit. q̃ cuꝫ sordes auris dulcescit
est signum malum apud Gal. ⁊ est mortale apud ꝓmos. s.
auctores ante Gal. ¶ Dixit Jpo. 4° affo. quibuscũq̃ in fe
bꝛibus aures surdescunt sanguis ex naribus fluens: aut
venter turbatus. i. solutus soluit egritudinem. s. surditatẽ
eius causam remouendo.

Pustule
lingue. ⁊
eius.

Exiccatio
pulpe au-
ris ⁊ sur-
ditas.

¶ De signis sumptis ex prefocatione. Cap. xi.

JRit Aui. 2ª q̃rti p̃focatio subito facta nõ
in die crisis est mala. Et p̃focatio sine
spuma est leuioꝛ. spuma. n. nõ fit nisi cũ coꝛ ve-
nit ad tantã calefactionẽ q̃ destruunt siue de-
ficiũt ei opatiões pulmonis ⁊ dyafragmatis:
quare nõ põt facere. vt redeat anhelit⁹ cũ eq̃litate. Et apa-
te nõ exñte in gutture nõ fit nisi ꝑ rẽ magnã. Et multotiẽs
qdẽ fit: imo vtp'm cã cerebꝛi. Et ad vlti^m. dixit. Aui. q̃ ac
cidũt in febꝛib⁹ fortib⁹ prefocatiões praue: tũc iã aduenit
moꝛs q̃ coꝛ eget cã vehemẽtis calitatis ãbelitu plurimo:
sed via eius iaꝫ est opilata. vñ inflãmaf coꝛ ⁊ supfluit mali
tia cõplexiõis ei⁹. vñ nõ tolerat vitã. ¶ Dixit Raſ. i6. otiñ.
ex 4° affo. p̃focationes laboꝛiose si accũtis fuerint in feb.
forti. significãt sup mortẽ: qꝛ calitas febꝛis indiget spũ abũ
dãti ex vehemẽti siccitate ad refrigeriũ: sed eo q̃ meat⁹ ei⁹
est opilatus coꝛrumpit cõplo coꝛdis celeriter. ¶ Et dixit.
ex eodẽ 4° affo. in quo collũ factũ fuerit toꝛtuꝫ in febꝛe: ⁊
difficilis fit eius deglutio. ita q̃ nõ põt deglutire nisi cũ la-
boꝛe nõ appente in eo apate intrinsecus vel extrinsecus si-
gnũ mortale est: qñ significat super apa in interiori parte
epigloti. Et subdit. toꝛtuositas colli fit: aut ex attractione
spondilis: aut ex intensa siccitate: ⁊ vtraq̃ cã moꝛtalis est
cũ febꝛe. Et Aui. de hoc dixit: cũ est toꝛtio colli cũ ꝓhibitio
ne deglutiõis. Jstud. n. fit aut ꝓpter remotionẽ spondilis:
aut ꝓpter vehemẽtiã siccitatis. Et neq̃ est aliquid deteri⁹
eis in feb. Jteruꝫ ⁊ si non poterit fieri deglutio sine laboꝛe
est res mala. ¶ Et similiter si reiicit cũ aqua: ⁊ egredit per
nasum: ⁊ sit'r si strangulaf cũ ea oi hoꝛa est signo nõ bona.
Dixit Raſ i6° otiñ. Egressio aque ⁊ vini per nares sigñat su
per squinãtiã: ⁊ sup vltimã angustiã gutturis: ⁊ in moꝛbo
acuto significat super vltimitatẽ reumatis ⁊ multũ pericu-
lũ. Et dixit. loquela eleuata. vox alta. Jnspectio hoꝛribilis
in patiẽte in quo fuerit illud solitũ nõ sigñat semp malitiã
abundãtẽ: ⁊ per cõtrariũ. ꝯriũ. ¶ Dixit Aui. 2ª quarti. vox
fortis valde bona est ⁊ loquela ordinata bonũ ⁊ ꝯrarium
istis est malũ. Et dixit. taciturnitaꝫ plurima ꝓlixa inquietu
dinẽ: aut gueſgues. aut mollitiẽ lacertop lingue. aut lacer-
toꝛũ epiglotis. aut spasmũ eoꝛũ: aut destructionẽ imagina
tionis que est ꝓncipiũ sermonis: ⁊ ad vltimum taciturni-
tas vbosi sigñat ꝓncipiũ inceptionis gueſgues: aut aliquid
de eis que dicta sunt. Et multitudo sermonis in taciturno
sigñat initium alienationis ⁊ permixtionẽ rõnis. Et dixit.
cũ infirmus loquitur in crisi bonum est.

¶ De signis sũptis ab hypocũdrijs ⁊ ptib⁹ vẽtris. Ca. xij.

HYpocras ꝓmo ꝓnostico. dixit in hy-
pocundrijs: si sine dolore fue
rint si molles: si bene cõpositẽ hinc idẽ bonuꝫ
est. Dixit Gal. in cõmẽ. Melioꝛ disponũ hypo
cũdrioꝝ est que similaf disponi näli. Et dixit
bonitas hypocũdrioꝝ nõ sigñaf nisi ex ipsius dispõne: ⁊
ipsius oꝛdine sub manu cũ cõpꝛesserit medicus sup ipsum:
qꝛ illud cui accidit cõtrariũ huius est illud q̃ expellit ma-
nũ qñ cõpꝛimit sup ipsum expulsione vehemẽti: ⁊ est doꝛ⁹:
sed eq̃litas hypocũdrioꝝ nõ est in hac q̃litate tñ qñ pol'e
est: vt sit equale totũ ꝑm hũc modũ. verũ tñ pars ei⁹ dolet:
⁊ ps eius nõ dolet: ⁊ ps eius est cal'a: ⁊ ps eius est frigida:
⁊ ps eius est eleuata: ⁊ ps eius est depꝛessa. Et ꝓpterea po-
suit Jpo. sigñiones eius: ⁊ q̃ nõ est eq̃le. Et dixit. si vo par-
tes hypocundrioꝝ feruẽtes: aut dolẽtes: aut quodãmodo
spasmo distense: aut inter se dissimiles in his cõsideranduꝫ
est. Et dixit Gal. latus vnũ diuersum ab altero. intelligitur
qꝛ sit diuersuꝫ in calitate ⁊ frigiditate: aut in doloꝛe ⁊ quie
te doloris: aut in extenuatione ⁊ grossitie: aut in mollitie:
⁊ tensione. Fortasse. n. dixit Gal. accidit in loco qui est sub
hypocundrijs tensio ꝑter q̃ in loco sit apa. Et dixit Jpoc.
2° affo. in oibus moꝛbis ea que circa vmbilicũ ⁊ pectẽ spis-
situdinẽ hꝫe melius est: nimis vo tenue ⁊ tabefactũ malũ.
Et. A. dixit. hoc idẽ. i4ª tertij cap. de hydropisi circa finẽ.
⁊ nõ intellexit de ventre grosso ꝓpter multã pinguedineꝫ:
sed de vẽtre carnoso cũ pauca pinguedine nã spissitudo vẽ
tris vel alterius mẽbꝛi. nõ est ad q̃ꝫ q̃dã grossitudo q̃ pñtiã
carnositatis debite: ⁊ debite pinguedinis cũ quãdã cõpa-
ctione ⁊ tensione per multã humiditatẽ substantificam: ⁊
multitudineꝫ spũum. lꝫ. n. spissitudo siue sit moderata siue
etiã excedat est bona q̃ viaꝫ signi: qꝛ sigñat po^am vtutũ nã-
liũ: ⁊ stõm ⁊ epar bñ digerere: ⁊ est bonũ per viã cãe qꝛ ista
spissitudo defendit interioꝛa ab extrinsecis ledentibus ma
xime a frigoꝛibus: ⁊ est causa vt digones melius celebꝛent
reflectendo calidũ super interioꝛa. tenuitas vo vẽtris que
est spissitudini oppolita siue per viã sit nälis siue ꝑter nãm
quã Jpo. noiauit vẽtrẽ tabefactũ est mala p viaꝫ cãe ⁊ per
viã signi ꝓpter cãs oppositas causis spissitudinis. ¶ Dix̃
Raſ. i6° ꝯti. Quotiẽs loca q̃ attinẽt vmbilico ⁊ inferioꝛi
ei⁹ fuerint tenuia valde sigñant sup debilitatẽs mẽbꝛop q̃
sunt posterioꝛa eis ⁊ sup paucitatẽ digõnis ⁊ debilitatẽ ei⁹
in epate ⁊ stõ. Et ꝓpea q̃ cũ ea acciderit lapsitudo. s. vẽtris
⁊ pꝛo vel vomit⁹: aut sil'erũt fallaces. Et dixit. q̃tiens mẽ-
bꝛa q̃ sunt sub hypocundrijs fuerint eleuata in eis sistente
rugitu: ⁊ deinde in pte inferioꝛi doꝛsi accidit doloꝛ lenietur
vẽter ei⁹: aut de eo emittẽtur supabũdãtes vẽtositates aut
emittef vrina abũdãs. Et hoc fit in febꝛib⁹ in qbus nõ ade
rit apa in viscerib⁹: q̃m tumoꝛ in hypocũdrijs: aut fit ex vẽ
tositate fixa ⁊ dñabili in vẽtre ⁊ in ea dispõne nõ erit rugi-
tus: sꝫ erũt hypocũdria ad modũ vtris aut erit cũ rugitu: ⁊
rugitus fit: aut eo q̃ ipsa vẽtositas cũ humiditate pauca de
scẽdit ad inferi⁹ q̃ descẽdẽte in vẽtre accidit doloꝛ ex disten
sione ipsop locop. Deinde forte tendit ipsa humiditas ad
venas ⁊ egredief cũ vria: aut forte egrediunf ambe p anũ.
¶ Et dixit Raſ. i9° ꝯtiñ. quotiẽs id q̃ sub hypocundrijs
fuerit tumẽs sigñaf sup humoꝛes putrefactos ⁊ quotiẽs
in eis fuerit gurgulatio designaf supflua hũiditas abũdãs
admixta ei vẽtositate: sed cũ hypocũdria fuerint ficca ⁊ ri-
gida pingẽtia tactũ sup col'am rubeã abũdãtes sigñaf. Et
dixit. Jnqt Jpo. si cũ aliquo hypocundrioꝝ fuerit pulsus
aut iectigatio oculop intuendi sunt. Et si fecerint motum
hoꝛribilẽ maniã. i. mẽtis alienationẽ sigñat: ⁊ si mot⁹ ocu-

lor nō fuerit horribilis signāt malitiā dispōnis ⁊ tēpesta/
tē:cū iectigatio in ipso loco fiat ex cā vētositatū inflatiuaꝝ
in eo:sed pulsus erit ex apate magno in viscerib⁹ posterio/
ribus:aut eo q vena magna eminēs spodilib⁹ spinalis im
perfecta vtute ⁊ magnitudine ⁊ fortudine erit. Jó si appa
ruerit cū dispōne hui⁹ magnitudi nis signiant maniā:qua/
re quotiēs videris in hypocūdrijs pulsuz aut iectigationē
noscas q arteria magna aut stōus aut oyafragma inflāma
tur aut epar.ideoqz si pulsus aut iectigatio ꝓfunde fuerint
in viscerib⁹ sub mirach intuēdi sunt oculi in motu ipsorum
vtrū fiat alienatio mētis an tēpestas:qm̄ mot⁹ oculorū ve/
hemētis spissitudis fit qñ cerebrū patit oetrimētū:⁊ acci/
dit cū cōitate in hmōi passionib⁹:aut cuz diafragmate aut
ore stōi:sz si oculi fuerit cū dispōne ꝓsueta signiaꝫ q erit ex
alijs mēbris ⁊ exide erit tēpestas tm̄. ¶ Et dixit Raſ. acu
ta exīte egritudine si grossitudo fuerit in hypocūdrijs cuz
tumore duro ⁊ dolore malū. Et q̄tiēs locū vtriusqz lateris
occupat malū:cū tūc occupet locū epatis ⁊ splenis. Si vo
in altero tm̄ fuerit in siniſtro melior erit qz in dextro exp/
te epatis. ¶ Dixit Aui.2ª 4ª. Inflatio vētris in egritudini
b⁹ acutis ⁊ paucitas cōplicatiōis:⁊ ꝓprie cū illic est solo
vētris est sig^m mortis ꝑcipue qñ appet in eo pustula ampla
coloris fusci. Et dixit.tēsio hypocūdriorū ⁊ eēntia duoꝝ la
terū magꝫ augmētata qz alte:i⁹:⁊ silr ois eēntia ois lateris
augmētata oi latē qō est ei silr in eminētia ⁊ depssiōe:⁊ silr
in lenitate tactus ⁊ duritie. Et dixit.qñ inflat mirach non
a siccitate neqz a vētositate:tūc itra ipm est apa cū quo nō
est nisi dolor ⁊ offuscatio. Et tēsio hypocū driorꝝ si est cuz
dolore:tūc mā declinat ad inferiora:⁊ si est sine dolore mā
decliuis est ad supiora. ¶ Dixit Gal.sup ꝑmo ꝓnosticorū.
quotiēs accidit in hypocūdrijs saltus nō dubitam⁹ qn ac/
cidat a vēto iflatiuo. ¶ Dixit Raſ.i6° ꝓtiū.quotiēs in fe/
bre inflāmatio.alīs.iflatio fuerit vehemēs in stō cū saltu ei⁹
signū malū ꝓnūciat. Et G.dixit.q ipsa fit ex punctiōe oris
stōi:⁊ q istō malū accīs signiat q stōus ē replet⁹ de colā ru.
infusis tunicis ei⁹ de ea:⁊ ex vitio sili iectigationi cordis:
qō est pei⁹ eo.cū cor sit origo vite ⁊ caleat caliditate ignea.
¶ Et dixit.penetratio cibi ⁊ pot⁹.i.ipsorꝝ exitus ex stō. q/
tiēs velox fit signiat q calitas ei⁹ est extincta oio:⁊ angu/
stia stōatica signiat acutos hūores ⁊ nociuos ori stōi dñari.
q est nobilissimū mēbrū acutū hñs saltū:⁊ ꝓinde ꝓncipa/
lia ei cōpatiunt:sicut passionē ori stōi sequunt cardiaca ⁊
cordis tremor. Jdeoqz acuta ⁊ mordicatiua colā ori stōi
dñante patiunt alienationē mētis ⁊ tremorē cordis:q ca/
lefacto corde ex igneo calore:⁊ ab ei⁹ impugnatiōe deficiē/
te trēor ei accit. Silr ⁊ in cerebro ex dñio calitatis ill⁹ eius
subalis hūiditas deficcat.vñ fit aliēatio mētis. ¶ Dix Ju
de⁹.q̄tiēs in morbis acutis vēter fuerit siccus eger nō mo/
riet nisi cū vano eloquio ⁊ retētiōe loquele ⁊ ecōuerso.

¶ De signis sūptis a vga ⁊ testiculis. Cap.xiij.

JRit Jpo.2° ꝓnosticoꝝ.si testiculi ⁊ vga vl
tra solitū diminui ꝑhiqz appuerit aut
nimij doloris:aut mortis euētū ꝓnūciabis. Et
Alm̄.x° dixit.testiculoꝝ ⁊ vge ēctio est malū
acutis egritudinib⁹. ¶ Dixit Raſ.i6.ꝓti.dico
collectio testiculorū in morbis acutis.mala est ⁊ ꝓprie dex
tri cū sit fortior valde. Et Aui.dixit 2ª 4ª. Cōtractio testi/
culoꝝ ⁊ vge signiat mortificationē caloris inati aut dolorē
vehemētē. ¶ Dixit Gal.in cōmē.dicti verbi Jpo. iuenim⁹
ꝫ mēbra ꝑhi in eo q hz dolorē:⁊ in eo q iaz appropinquat
morti:⁊ istud qdē est nēciuz:qm̄ vtus aialis qñ morīt. ita
vt ñ sit ei pole puenire ad extrēitates corpis trahit versus
radicē suā ⁊ originē suaz. Et opz vt sequant ea mēbra ḡre
rugātur mēbra ⁊ trahunt versus mediū corpis:⁊ silr etiaz
ꝓpter dolorē reducere ⁊ ꝑhere videm⁹ vtutē versus origi
nē suā:⁊ qñ illud est nēciuz est vt ꝑhant etiaz mēbra vsus
originē suā ꝓpter dolorē. ¶ Dicūt qdā.si ꝑhunt vga ⁊ te
sticuli signū est q cerebrū cōsumit ⁊ ei⁹ humiditas:⁊ etiā
humiditas neruoꝝ ⁊ lacertoꝝ ⁊ trahunt nerui:q exiccā/
tur ꝓpter qō retrahit vga in acutis morbis ꝓtendunt:⁊
intestinū lapsuz fuerit signū est pniciosum. ¶ Dixit.A. le/
uitas.i.laplitas testiculoꝝ est signū malū:⁊ similiter exube
ratio amboꝝ in egritudinibus acutis.

¶ De signis sumptis ab extremitatib⁹. Ca.xiiij.



A morbis acutis dixit Jpoc.7° affo. Frigiditaz extremitatū ma
lū. Exponūt qdā.i.mortale:⁊ per extremitates
intellexit aures nares manus ⁊ pedes:⁊ intel/
lexit in q̄cūqz cōplone etate ⁊ sexu:q̄uis maxi^e
in cōplone calā etate iuuētutis ⁊ sexu virili in qbus in acu
tis morbis magis vident extrema nō debere esse frida.dix
Aui.2ª 4ª. frigus extremitatū cū calitate febris acute ⁊ fi/
xione ei⁹ ⁊ nō eradicat est signū nō bonū. Cū cronica vero
nō est illud horribile. Et sunt vba Raſ.i6° ꝓti.dicētis. Fri/
giditas extremitatū in morbis diuturnis nō est horēda:sz
in acutis est maximi detrimēti. Et hoc:qm̄ in causa huius
aderūt apata magna ⁊ fortia in viscerib⁹: qm̄ si cū his nō
fuerit apa in ventre extremitates inflāmabunt magis q̄z
infrigidētur. Sed cū apa fuerit magnū in eo:eo q apa at/
trahit ad ipsum sanguinē de toto corpore in modum ven
tose eger huius dispositionis inueniet interēptionē ⁊ vstio
nē ⁊ nō sustinebit q sit ei pānus:ex eo qō inuenit de inflā/
matiōe in vētre ei⁹:⁊ extremitates ei⁹ erūt tūc frigide. Et
dixit.infrigidatio extremitatū aut erit ex apate magno in
viscerib⁹ aut ex sincopi ⁊ defectu virtutis aut ex extinctiōe
calitatis inate:⁊ ꝓprie quotiēs trāsfert de loco ad locum
mā frigida. Et Aui.dixit.q cā friditatis extremitatū:aut
est apa magnū qō est in cōcauitate vētris:aut submersio ca
liditatis inate aut euētus sincopis ⁊ resolōnis. Et subdit.
fortior signio frigoris extrēitatū supmortē i morb acutis ē
frigoris accītis eis in ꝑn° egritu^nis.s.vli:⁊ silr frigoris cū
quo nō calefit corpus cū fricatiōibus ⁊ alijs silibus:⁊ hoc
totū significat fugā sanguinis ad interiora pp apa. ¶ Dñt
cū appareat frigiditas extremitatū in ꝑn° vli morbi est de/
terius:q signāt morbū a ꝑn° esse ita malignū:vt per ipm
infrigident extrema. Si aūt appareat in ꝓcessu non est sic
malū:q nō denotat tunc tāta malitia neqz tanta acuitas.
Et dicūt. Jsta extremitatū frigiditas nō est tm̄ ꝓuatiua:sz
⁊ positiua:cū tact⁹ cōprehēdat extrema frigida respectu tē
perati pōderis. ¶ Jnfrigidant aūt extrema aliqñ pp cām
ꝓuatiuā.s.pp ipotētiā caloris nālis ⁊ spūum expadēdi se
ad extrema que ipotētia ꝓuenit a multis causis. ¶ Primo
pp debilitatē mēbroꝝ nutriētiū qua aliqñ infrigidātur ite
riora nō solū exteriora.ita q aliqñ exit anhelit⁹ frigidus.
¶ Scōo pp opilationē in vijs trālitus:sicut pz i ligatis cū
fune in partib⁹ intermedijs. ¶ Tertio pp residētiam māe
frigide ꝓhibentis debitā caloris extēsionē ⁊ expānsionē:si/
cut accidit in morbo cronico. ¶ Quarto ꝓpter materiā fri
gidaz in extremitatibus existentē liquatā a calore extrinse
co: vt in vera lipparia. ¶ Quinto propter vehementē re/
tractionē sanguinis ⁊ spiritus cōsequentē mordicationem
membroꝝ sensibiliū causatā a sparsiōe materie colerice su/
per ipsa mēbra.sicut in vo rigore cōtingit:aut ꝑsequentem
retractionē factā de eis ꝓpter defectum virtutis:vt in sin/
copi aut facta a repter naturā calā aut dolore aut acciden
tibus aie vt timore. Cū nō possunt expādi calor ⁊ spūs sup
extrema. ¶ A cā aūt positiua infrigidant extrema:vt ab
humore frigido flegmatico vel melācolico sito in eis ⁊ sua
frigiditate infrigidāte ea:aut ab aliquo extrinseco frigido
eis applicato:vt aere vel aliqua vel alia frigida re eis ap/
plicata. ¶ Dixit Aue.4° coll'z. frigiditas extremitatuz in
acutis est signū malū valde:eo q suffocationē caloris nā/
lis in partib⁹ intrinsecis ꝓpter apa signiat:aut ꝓpter frigi
doꝝ humoꝝ abundātiā:⁊ ꝓprie signū est extinctionis ca/

Vide hic que ꝓtes intelligū. tur esse ex treme cuz dē frigidi tas extre. mitatum malum.

Extrema infrigidā. tur a cā p mittua p/ pter mul/ tas cās.

Extrema infrigidā. tur etiā a cā positi/ ua.

lozis:si digiti ⁊ vngues ad obstructionẽ sunt decliues ⁊ ad viriditatẽ:stãte aũt pulsu debili moꝛs vicina est:ꝫ si nigredo fit cũ fortitudine pulsus in die cretica salutẽ ꝓmittit:ⁱ⁹ ⁊ sil᷑ si in ipsis locis sanies aut ap̃a fiat. ¶ Dixit Gal.in 2ᵐ supꝛadicti affo. ⁊ scribit᷑ a Rabi in 8ª ptícula sic. frigiditas extremitatũ in febꝛe acuta hꝫ ꝓuenire:aut ex magno ap̃ate viscerũ:aut forti doloꝛe vẽtris aut ex subtilitate spũs ⁊ sincopi:aut ex ꝓstrictiõe caloꝛis nãlis extinctiõi ꝓximi:aut eius necessitate a materijs multis. ¶ Et dixit sup 1° ꝓnosticoꝝ.vt ibidẽ scribit᷑.frigiditas extremitatũ in ꝑn° accessionis febꝛis ꝓdice nõ est signũ moꝛtis:ꝫ signũ restrictionis caloꝛis ⁊ sanguinis ad interius q̃ per coꝛpus postmodũ sparguñ᷑. ¶ Et dixit sup 3° epidimiaꝝ.frigiditas extremitatũ ⁊ viriditas eaꝝ cũ febꝛe acuta sigñat moꝛtẽ caloꝛis nãlis ⁊ eius extinctionẽ. ¶ Dicũt.differt frigiditas extremitatũ a calo ap̃ate viscerũ ꝓueniẽte ab alijs causis dictis in moꝛbo acuto:q̃ cũ hac frigiditate ardent interioꝛa ⁊ sitiũt.dixit Ꝓpo.4° affo.in nõ deficiẽtib⁹ febꝛibus:si que q̃dẽ que extra frigida sunt:q̃ vero interius ardẽt.i.multũ calẽt:⁊ sitim hñt:moꝛtale.itelligẽdo de frigiditate ꝑseuerãte in ipsis extremitatib⁹. Stare enim ꝫ inuicez simul ꝑñt augeri calitatẽ in interioꝛib⁹:⁊ frigiditatẽ in exterioꝛib⁹.calitas vehemẽs in interioꝛib⁹ ⁊ sitis intẽsa denotãt calm foꝛe ap̃a in aliquo viscerũ:⁊ nõ solũ calm: ꝫ ⁊ magnũ ⁊ doloꝛosuꝫtita vt attrahat sanguinẽ ⁊ spm̃ ad se: sicut vẽtosa.vñ accidit ⁊ sitis intensa cõicari ozi stõi caliditate exiccãte. ¶ Dicũt.si ap̃a nõ fuerit magnũ ⁊ doloꝛosuꝫ nõ fieret tanta sanguinis ⁊ spũs reuocatio:⁊ per ꝓñs non fieret dicta frigiditas in extremitatib⁹:sicut apparet in q̃busdã pleuresibus ⁊ alijs viscerũ ap̃atib⁹ paruis.nã ꝑ hoc distinguit᷑ ap̃a magnũ viscerũ a paruo:distinguit᷑ etiã frigiditas ap̃atũ viscerũ a frigiditate rigoꝛis:q̃ in rigoꝛe pectoꝛalia sunt etiã frigida. Jn ap̃ate aũt magno viscerũ ardẽt. ¶ Dixit Raſ.i6° ꝓtiñ.in febꝛe.cõtinua si ſupficies coꝛpis fuerit frigida:⁊ pars interioꝛ incẽdat᷑ cũ ea exñte siti intensa eger moꝛiturus est:q̃ñ hoc accidit febꝛib⁹ malignis valde. ¶ Et dixit Ꝓpo.1° ꝓnosticoꝝ.Si caput ⁊ plante pedũ ⁊ vole manuũ frigida fuerint:venter vo ⁊ latera ⁊ mãdibule caluerint malũ est.Dixit Gal.in 2°. in egritudinibus cronicis ⁊ ꝓprie in hyeme ⁊ in decrepitis nõ est mirũ si infrigidant᷑ extrema coꝛporis nõ in ꝓncipijs ꝓpiodoꝝ febꝛiũ tm̃:sed in spacio moꝛe eaꝝ etiã q̃ñ ipse per nãm sunt pauce carnis ⁊ loca eaꝝ sunt valde longinqua a locis viscerũ:⁊ in egritudinib⁹ cronicis nõ ꝓuenit caliditas ad extrema ꝓp debilitatẽ suã:ꝫ in moꝛbis acutis euẽtus frigiditaꝫ in extremis est:q̃ñ q̃ ꝓuenit ad totũ coꝛpus ex sanguine est q̃ꝫtitas parua ꝓpter magnitudinẽ ap̃atis:⁊ ꝓpter hoc mẽbꝛa media coꝛporis:vt sunt pectus ⁊ vẽter inueniuntur vehemẽtis calitatis ⁊ calefiũt mandibule ꝓpter calos fumos ab ap̃ate viscerũ eleuatos ad eas. ¶ Dixit Ꝓpo.2° ꝓnosticoꝝ. Si liuoꝛ admixt⁹ viridi vnguib⁹ digitisq̃ assueꝛit moꝛtẽ aduenire nõ dubitabis. Et alia translatio addit in ꝓximo.ſ.cũ grauitate coꝛpis exñs:q̃ grauitas dix᷑ Gal.i 2°.sigñat resolutionẽ vtutis mouẽtis coꝛpus ⁊ ꝑdicta coloꝛis vnguiũ ⁊ extremitatis alteratio denotat resolonẽ alterius vtutis.ſ.nãlis:⁊ ꝓpea bñ addit:q̃ sigñat moꝛtez in ꝓximo:q̃ iste sigñiones apparẽt penes moꝛtẽ dictaꝝ ouarũ vtutũ.liuoꝛ ẽt in vnguib⁹ ⁊ extremitatib⁹ semp sigñat moꝛdicationẽ caloꝛis innati qui nõ dat splẽdoꝛẽ extremitatib⁹. ¶ Dixit Aui.2ª 4ª.offuscatio digitoꝝ ⁊ manuuꝫ ⁊ pedũ ⁊ vnguiũ eoꝝ est signũ moꝛtale. ¶ Dixit Alkindus. extremitates cuiuslibet egri quotiẽs rubefiũt ad modum coꝛali cũ põderositate statim moꝛiunt᷑:ꝫ si nigrescũt minoris fallacie erũt. Et hũc textũ Aui.sumẽs dixit. ⁊ rubedo extremitatũ ⁊ ipsaꝝ alteratio ⁊ grauitas subito magis ꝓnitiosa est q̃ꝫ ipsarum offuscatio. Dicũt q̃dã.ſ. si offuscatio fuerit sine grauitate,si aũt offuscatio esset cũ grauitate ipa eẽt deteꝛioꝛ rubedine. Et q̃dã dicũt.rubedo cũ virtute debili deteꝛioꝛ est q̃ꝫ liuedo ⁊ offuscatio cũ vtute foꝛti vel ea que est cretica. Cũ enim cũ offuscatiõe videris sig⁹ bona plurima nõ est lõginquũ:dixit Aui.gn saluet᷑ infirm⁹. Dicũt. grauitas coꝛporis sigñat debilitatẽ vtutis aialis:⁊ offuscatio debilitatẽ calitatis innate. Et rubedo sigñat coꝛruptionẽ ⁊ cõmixtionẽ humoꝝ diuersoꝝ ⁊ effusionez sanguinis ad extra venas qui ꝓueniẽs ad extrema digitoꝝ coꝛrũpit᷑ ibi:⁊ est causa ruboꝛis. ¶ Dixit Raſ.i6° ꝓtiñ. Quotiẽs coloꝛes digitoꝝ manuũ fuerint liuidi hꝫ sigñio sup piculum. dicũt q̃ liuoꝛ apparẽs in toto coꝛpoꝛe eisdẽ cõditionibus obseruatis est deteꝛioꝛ apparẽte in vnguib⁹ tm̃. Si vo cõditiões nõ eẽnt pares.vt q̃.ſ.sit virt⁹ foꝛtis:⁊ appareat liuoꝛ in toto.⁊ si sit debilis ⁊ appareat tm̃ in vnguib⁹:tunc liuoꝛ in toto esset minus malus:q̃ stãte vtute foꝛti põt significare oñium ei⁹ sup mãm quã expellit ad extrema. liuoꝛ cũ virtute debili sigñat magnã malitiã coꝛdis:⁊ moꝛtificationẽ calitatis inate in ipso.vngues enim vt dixit. A.de motu coꝛdis multũ atteſtant᷑ sup dispões coꝛdis. Jmmo dicũt q̃dã.q̃ vngues ꝫñant᷑ ⁊ nutriunt᷑ ex fumis ⁊ vaporibus veniẽtib⁹ a coꝛde per arterias ⁊ digitoꝝ extremitates. ¶ Raſ i6° ꝓtiñ.ex libꝛo alieno quoꝝ radices vnguiũ viresciũt nulla fiat curatio. Et dixit.quotiẽs timpoꝛa sudoꝛẽ faciũt frigidũ ⁊ vngues fuerint citrine ⁊ cũ cõprimunt᷑ nõ rubescũt:⁊ lingua sanguinoléta erit ⁊ in ea fuerint pustule moꝛiet᷑ eger. ¶ Dixit Aui.vbi.ē.spasm⁹ accñs extremitatib⁹.⁊ ꝓprie post fluxũ vẽtris est moꝛtale. Et alcuzez. cũ alienatione est signũ moꝛtis:⁊ dixit. casus extremitatuꝫ alteraꝝ ⁊ ipsaꝝ adustio ⁊ cutis cũ frigiditate vẽtris est signũ moꝛtis. ¶ Subdit aũt Ꝓpo.vbi.ē.si coloꝛ hic vngues nõ infecerint licꝫ certe coꝛruperit.ſ.in circuitu vnguiũ ſpei locus nõ deerit: q̃ foꝛtasse tm̃ nõ sigñat ꝓditionẽ penitus. Et foꝛtasse sigñat illud sigñione in vltimo. Et ió subdit.ꝓ declaratione eiuꝫ ꝓderit tibi cũcta sig⁹ ꝓpendere.q̃ si egrũ sufficiẽtẽ videris ⁊ vna bona sigñio affuerit termin⁹.i. crisis ꝓmittet᷑ cũ quolibet exterioꝛi ap̃ate ⁊ futura salute:sed paloꝛis ꝑdicti loci.ſ.in quo ap̃a euenerit ꝑicula nõ deerũt: q̃ vt dicit alia trãslatioꝛ:calent q̃ denigrata sunt. ¶ Dixit Raſ.i6° ꝓtiñ.ex 5° affo. Jn quo coꝛpoꝛe cutis fuerit extẽsa ⁊ sicca moriet᷑ eger absq̃ sudoꝛe:⁊ si fuerit mollis ⁊ rara moriet᷑ cũ sudoꝛe. Et ꝓmuꝫ fit:aut eo q̃ in coꝛpe nõ erit humiditas:aut ex siccitate in cute. Et 2ᵐ fit:q̃ in coꝛpoꝛe erit humiditas sil᷑ dixit Aui.2ª 4ª.cũ exiccat᷑ cutis. ita vt q̃ñ extẽdis eã nõ redit ad locũ suũ:tunc illud est sigñio mala. ¶ Et dixit.exitus vapoꝛis cali ex cute cũ anbelitu frigido est sigñio ꝓnitiosa:⁊ nõ fit nisi q̃ calitas coꝛdis finita ẽ. ꝓdidit enim oẽm nãlitatẽ.vñ caloꝛ mouet᷑ ad exterioꝛa motu ꝓprio. ¶ Et dixit Aui.q̃ Ꝓpo.dixit.cũ apparẽt vene ꝓue sup frontẽ ⁊ palpebꝛã est malũ:⁊ ꝫ siue sil᷑ appareãt sup frontẽ ⁊ palpebꝛã siue si sup altero eoꝝ tm̃. Et dixit.alteratio coloꝛis venaꝝ apparentiũ a dispõne sua cũ coloꝛe pauonis q coloꝛ est liuidus splẽdidus ⁊ appitio eaꝝ etiam ⁊ de eis que ante nõ apparebãt cũ hoc modo est malum.

¶ De signis sumptis ab habitudine totius. Caꝑ.xv.



Jrit Ꝓpo.2° affo.febꝛicitãtibus nõ oino in supficie pmanere ⁊ nihil minuere coꝛpus:aut ẽt cõtabescere magis:eo q̃ ꝑm rõnez fit malũ.ꝫ eni.ſ.nihil manere lõgitudinẽ egritudis:ꝫ vo ibecillitatẽ vtutis sigñat q̃ dcñ: q̃ꝫuis veꝝ sit in oib⁹ moꝛbis in q̃b⁹ coꝛpa extenuant᷑:maxie tm̃ vñicat᷑ in febꝛib⁹ putridis. ¶ Notãt tm̃ nullũ coꝛp⁹ febꝛiẽs febꝛe putrida posse pmanere oino in sua dispõne nãli.hoc enim solũ ptinet sanis. Jõq̃ in oi febꝛe putrida coꝛp⁹ simplr minuit᷑ ꝓp calitatẽ febꝛilez resoluere plus q̃ꝫ sit restauratio. Attm̃ cũ ꝫ stat q̃ in q̃busdã febꝛib⁹ coꝛp⁹ nõ multũ apparẽter ⁊ sensibilr minuat᷑:cui⁹cã ẽ multitudo hũoris g̃ssi ⁊ ꝓstrictio poꝛoꝝ coꝛpis.vñ ꝓhibet᷑ calitas febꝛil᷑

sensibilr extenuare corpus: z io ex b signaf logitudo egritudinis. p b enim pmanere z non minui corpus intellexit. Jpo. sensibilr z notabilr: dato q minuaf: sz nō pportionabilr febri: z intellexit de febre nō oino debili: qō signiat p id qō dixit febricitātib⁹ nō oino in superficie. i. febre que nō est oino superficialis z debilis. Et enim dix. A. idē. 1ª 4ª. de signis crisium loginquā significātib⁹. ¶ Notāt q in febrib⁹ corpus aliqñ cōtabescit pm rōnē. nā rōnabile est in forti febre cōtabescere corpus: z aliqñ cōtabescit p̄ter nām vt cuz cōtabescit in debili febre: z tūc signiatur debilitas virtutis: maxiᶜ digestiue pp cui⁹ debilitatē corpus in eo qō a febre resoluiᶜ minime: aut paz restauraf: vñ cōtabescit plusq̄z p portionabiliter corrūdeat febri. pōt enim macredo ppor tionabilr febri in febriēte aduenire: eo q virtus digestiua cōis toti: z ppria in stō epat] z venaz oēs vel alique ex eis sunt debiles. Cum autē corpus nō restauraf pportionabi liter resoloni. s. in cōparatiōe ad vigorē febris: tūc corpus irrōnabilr macrescit. Dicūt aūt nō absolute. qz talis absoluta restauratio fit tpe sanitatis non in febre: qz in oi febre minuiᶜ restauratio respectu resoluti: sz tūc dr irrōnabilis restauratio qñ restauraf pm vigorē febris: z tūc irrōnabilis qñ minus. Et idē voluit. A. 1ª 4ª. c. de signis sumptis ex pte forme. ¶ Qz g̃ dr p̄ pnosticoz. q disp̄o filis sanis ē laudabilis nō dz itelligi q disp̄o sit oino filis sane disponi: qz p illā similitudinē itelligiᶜ magna ppinqtas ad ipam: q̄ p pinqtas tūc dr eē qñ effectiuā bz ppositionē ad febrē: z tūc est laudabile signū: z cū nō bz ppositionem est illaudabile.

Disp̄o filis sanis est laudabilis qñ bz intelligi.

¶ Alit Raſ. io⁹ pti. q Gal. dixit. s. in 2ᵗᵒ dicti affo. q macies intēsa est signū firmū sup debilitatē vtutis. vñ in quo fuerit febris mediocris in fortitudine quotiens inueneris corpus ei⁹ in sua disp̄one absq̄z macie longū morbū pnunciabis. Et ait Raſ. dico q signiaf q nulla dissolo facta fuit in eo g̃ in quo facta est macies vltra q̄z cōpetat signiaf q vtus ei⁹ est valde debilis. Et ait. dico cōiūctis oibus aliis cū hoc noscas q solutio z macies vehemēs in febrib⁹ si sit in febrib⁹ ex hūiditate ipsoz erit: z si in senescētib⁹ ex debilitate vtutū ipsoz erit. Et dixit G. in q̄ corpe in febre nō fuerit macies cutis erit ꝺdēsa z hūores grossi erūt z ecōuerso. ¶ Dicūt q scōaz ꝺcl'onē affo. Jpo. dedit itelligi oppositum. q si corpus minuiaf ex febre q̄z tū dz pm rōnē qō est signuz bonū. verūtn b vltimū dictū nō est verū vlr: sicut p̄m: qz verū est q si corp⁹ macrescit vltra rōnē in oi febre est sigm malū: polē est eni ad aliquā febrē pm rōnē seq fortez extenuationē: vñ euēit morz: z tūc ex illo bz rōnē eueniēte ñ signiat bonū. z io dñt q affo. verificaf de febre ad quā nō dz sequi pm rōnē extenuatio talis qlis si sequeᶜ signiareᶜ inde malū z morz. ¶ Dixit Raſ. io⁹ pti. si corpus remanet in dispōe sua z nō extenuaf malū erit cū b sit cū cōdēsatione cutis z grossitudine hūoz z viuificatiōe corpis: aut forte b erit ex debilitate vtutis: aer ēt frigidus adiuuat q nō extenuatur corp⁹: z tūc signio erit debilioz aut eq̄zio. Qz si corpus extenuaf in hyeme z nō i estate signio erit firmioz z velocioz z silr in etate: qm̄ dissolo senescētiū z infantiū est velocioz in febrib⁹ z in mediocrib⁹ etate est tardioz. vñ colligē de b signiōnē ispiciēdo vtrū sit ibi eūo sensibilis: qm̄ tūc nō p ōt attribui extenuatio dissoloni occulte. ¶ Et dix supabūdātia eloquij extenuat corp⁹ febricitātis valde z silr mor⁹. vñ seq debes iurta modū illi⁹: z ꝓria bis ꝓhibēt dissolōnem. ¶ Dix Jpo. 2º pnosticoz. bonū est egrum ex toto calere z mollē z suauē coueniēter eē. sup. z ꝓriū hui⁹ malū ē. ¶ Dixit. n. Aue. 4º col. qñ bñtis febrē corp⁹ intrinsecus fuerit calm z extrinsec⁹ frm̄ malū est morte signians: eo q apa calidū in interioz ib⁹ nūciat eē: z io calor exterior vertit itus: z dix vlr qñ calor eqlis nō est in toto corpe malū ē: qō ē: qz signiat in ꝓncipalibus apa: sicut est in cerebro stō vel epate. ¶ Dix Raſ io⁹ pti. qties in corpe fuerit mutatio de vno calore ad aliū: aut de calo ad frm̄ ispice ad ei⁹ facilitatē tolratie vel ei⁹ difficultatē: qm̄ in facilitatē sustinētie est signo sup bonū magnū z ꝓriū eo. Et ait Raſ. dico. z silr seq debes in oib⁹ accītib⁹ z eūonib⁹. ¶ Dix. A. 1ª 4ª. citrinitas coloris subito est sigm nō bonū z denigratio eius subito est signū malū: z deterioz oibus est niger: z ipsius coloris vpln est ex morte caloris innati: z tenebrositas vel offuscatio sequiᶜ ipsum z citrinitas non est bona: sz est magis salua: Et qm̄ quādo fit a caliditate z nō est tota a frigiditate: z fortasse est a fame vel vigilia aut dolore z est salua. ¶ Et dixit Aui. si acciderint in febre rami. i. vgule coloratē in naso z in fronte non est signum malum.

¶ De signis sumptis ab opōnib⁹ vtutis vitalis. Cap. xvj.



Ignozum sumptozū a virtutib⁹ cozporis z earū opationib⁹. Alia sumunf ab opōnib⁹ vtutis vitalis: z alia ab opōnib⁹ vtutis aialis: z alia ab opōnibus vtutis nālis. Et q̄ sumunf ab opōnib⁹ vtutis vitalis maxiᶜ sumunf a pulsu: z etiā ab anhelitu z a vigore animi z pusillanimitate ei⁹. Et de pulsu qdē z ei⁹ signione plene dictū est. s. in tractatu de pulsu z de anhelitu z ei⁹ signiatis plene dicef in 9ª mone 4º. q est de disp̄onib⁹ membrorū spūaliū. hic tñ q̄dā pauca adducā. ¶ Dixit Jpo. p̄ pnosticozū. spūs. i. anhelit⁹ bonus ex suo ppio cognoscit⁹ ordine z bz euidētē salutiz ostēsionē in acuta egritudine que cū febre est: cui⁹ termin⁹ est in 40. dieb⁹. spūs vo si freqns sit dolorē z successionē signiat in his q̄ sūt supza diafragma Et dixit Gal. in 2ᵗᵒ q anhelit⁹ freqns fortasse signiat dolorē: z fortasse signiat inflāmationē in membris q̄ sunt in pectore: sz discerniᶜ inter eas: qz anhelit⁹ doloris est paruus z frequēs: sz anhelit⁹ inflāmatiōis est magn⁹ z frequēs. Et subdit Jpo. q si magn⁹ z cū intermissione fuerit alienationē signiat: Dixit Gal. anhelit⁹ rarus z est ille q est inter spaciū lōgius si est magnus signiat pmixtionē: z si est paruus signiat extinctionē calitatis inate. Et subdit Jpo. si idē spūs per os z nares frigidus exierit mortalis erit: signiat. n. extinctionē calitatis inate in ꝑn⁹ vite. ¶ Et dixit 4º affo. in febrib⁹ spūs offendēs malū. spasmū enim signiat: z p spm offendētē nō intellexit oēm lesionē anhelit⁹: sz eā q̄ est inspirādo z expirādo: q̄ est q̄dā duplicatio anhelit⁹ quā patiētes maxiᶜ pueri patiunf q dr anhelit⁹ duplus. ¶ Et in 6ª affo. dixit. In acutis passionibus cum febre. s. cōpositis luctuosa suspiria. i. cū alta voce cōquassatiua z lamētatiōe cōposita malū. Et b modus anhelit⁹ est vn⁹ de modis spūs offendētis q dr luctuosus: qz filiatur anhelitui lugentiū: de quo dicūt q pōt hoc itelligi dupl'r. Uno mō ad hūc sensum q anhelit⁹ fiat diminutioz cuz luctuoso suspirio z vē lamētabili q fit pp doloris vehemētiā. Alio mō q fiat anhelit⁹ intersectus: sicut fit in ploratib⁹ pueris ppipotētiā vtutis mouētis pectus ad cōplēdū anhelitū ex q̄ cātur q̄dā anhelit⁹ duplus: eo q vbi in vna vice dz vt⁹ sufficiēter inspirare vel aspirare nō facit hoc: sed facit duos anhelitus intersectos. ¶ Dixit Raſ io⁹ pti. plāctus. i. anhelitus filis plāctui in febrib⁹ acutis si fuerit signio mala erit z intellexit de plāctu silr anhelitui plāgētis q emittiᶜ pduas vices. Et iste qdē anhelit⁹ est malus per viā cāe: qz nō debite satisfacit euētationi cordis: vñ inflāmaf z est malus p viā signi: qz vt dixit Gal. in cōmē. dicti affo. signiat aut nimiā siccitatē aut nimiā vtutis debilitatē aut spasmū lacertoz pectoris aut omnia simul. sicut etiā dixit Aui. 1ª tertij. de anhelitu duplo circa finē capli. nō ergo semp significat spasmū: cū possit etiā ab alijs causis puenire. sed tñ in febrib⁹ acutis intensio vtpln signiat spasmū de inanitione calore illo subtili febrili nimium exiccante partes pectoris. ¶ Dixit Auer. 4º coll'z cum fuerit anhelitus intercisus est signum malū: qm̄ spasmū fore in musculis pectoris signiat. Et dix. qñ anhelit⁹ fuerit interdū fortis: z qñqz occultatus malū est pturbationē mentis signians. nisi qñ in cōsuetudine est.

De signif ad anhelitu sūptis.

¶ Dixit hypo. 3° ꝓnosticor̃. quotiens febris fuerit ꝓtinua. ꝛ de tertio in tertiuꝫ fit vehemẽtior maioris fallacie erit. Si vero non fuerit cõtinua q̃litercũq̃ sic fuerit minoris fallacie erit. Et Hal. dixit. in cõmento. Intelligit de ea que nõ est ꝓtinua in qua corpus bñ separat ab ea: vñ in febribus in quibus corpus separat cuꝫ vltima puritate nõ erit fallacia: ꝫ paroxismi ipsar̃ sint cum vltima violentia ꝛ plixitate: qm̃ hmõi febris a qbus separat corpus cuꝫ puritate vltima: nõ sunt ex apostemate: neq̃ ex putrefactione maligna in humorib9: qm̃ a febre que est cũ vno istorũ scilꝫ ap̃ate vel putrefactiõe maligna in humorib9 nõ sepat corpus cũ puritate bona: ꝛ si paroxismi febriuꝫ a qb9 separatur corpus fuerit breues cũ hoc q̃ sunt salubres sunt velocioris finis. ¶ Dix̃ Raz. i6. ꝓti. ois febris sanguinea. quolibet tertio die fit fortior. fit signum dubium ꝛ malum designat. ¶ Et dixit quotiẽs accidit ꝓgelatio in febre sino cha ꝛ acuta cum alienatione mentis signiat super mortem. ¶ Et dixit. aucte. Hal. quotiẽs morbus nõ cõmutauerit faciẽ: neq̃ deduxerit vtutẽ: ꝛ pulsus in sua disp̃one fuerit lõgus erit salubris. ¶ Et dixit. ex p̃ epidimiar̃. in laborantibus febrib9 causonicis si in p̃ncipio accidũt vitia significãtia sup̃ periculum. vꝫ. si in eis accidit rigor cũ violẽti calidi tate febrili sitis vigilia angustia interiectio lamẽtabilis. sudor modicus in fronte ꝛ furculis ꝛ nõ in toto corpore. vanum eloquiũ: terror: si infrigidabũtur extremitates ꝛ non calefiẽt ꝛ viresci color ipsor̃ vel liuescit. Et paroxism9 incipiẽs in pari magis affligit: ꝛ sudor erit in maiori parte frigidus: deinde sitis post modicum tempus deficiet. ꝛ vrina: licet modica erit nigra ꝛ vẽter cõstipatus ꝛ fluxus sanguinis narium nõ erit sup̃fluus. i. multus: ꝫ guttatim fluens ꝛ modicus: tãq̃ mortui iudicent. ¶ Si febris sit pessima. pessimitas ei9 semp in die cretico cõfortabit: ꝛ si febris cũ dimittit peior esse q̃ fuerit incipit pessima est. ¶ Et febris peracuta si in dieb9 parib9 augmẽtat est mala: q̃ in hmõi necesse est crisiꝫ in die 6° fieri ꝛ hmõi crisis ẽ mala. ¶ Qui acutã bz febrẽ cũ nimio calore: ꝛ eius calor extinguatur ꝛ mitigatur ꝛ qescit sine cã ꝛ cretica eũone appente signiat: q̃ cito morie. calor. n. extrane9 in interiora corporis p̃ro sequẽs ea intẽdit cui virtus nitit̃ oibus suis virib9: vt mã mala expellatur quã cum nõ possit cadit ꝛ moritur. ¶ Si calor febrilis in toto nõ sit eq̃lis: ꝫ sit. v. g. caput calidum. plãte vo manuũ ꝛ pedũ frigide ꝛ latera ꝛ vẽter ꝛ renes calida malũ. Ap̃a. n. in cerebro aut stõ aut epate signiat. ¶ Dixit Jpo. 4° affo. Febres q̃cũq̃ nõ deficiẽtes. i. ꝓtinue in diatritis. i. in paroxismis vel excrescẽtijs de 3° in 3m. fiunt fortiores: fiũt piculose: quibuscũq̃ vero sic deficiũt significãt q̃ nõ sunt periculose. ¶ Et dixit. in febribus acutis spasmi ꝛ circa viscera dolores fortes malũ. ¶ Et dixit. in nõ deficiente febre si labiũ: aut oculus: aut nasus: aut supciliũ distorquent̃. s. sicut in tortura ꝓtingit: aut nõ accidat: aut nõ videat: iam debili exñte corpore qdcũq̃ istorum fiat prope mors est. ¶ Si acutas febres bñtes stiptici sunt malũ. calor. n. ascẽdit ad supiora. ¶ Si infirmus patit̃ tumores in facie ꝛ pedib9 in acutis febrib9 ante. i4m diẽ sine dubio in. i4° morie. corruptio. n. ꝓportionis epatis significat. ¶ Si in febribus tumores appareãt in palpebris superioribus defectio caliditatis nãlis indicat̃. Cñ mẽbra morti ꝓpinqua tumescũt sicut videm9 in corpibus mortuor̃. ¶ Dixit Georgius. i6° ꝓtinẽtis. Quotiẽs fuerit morbus difficilis digõnis ꝛ tarde: ꝛ vrina vel aliud signians erit pseuerãs per spatiũ longũ modicuꝫ vestigiũ in digõne faciẽs morb9 erit sup̃ fallaciam ꝛ dubiũ erit sup̃ eũ de dissolone virtutis egri ante digõnẽ. ¶ Lopẽdiũ 10° si febris magna est ꝛ aer frigidissimus egro refrigerãdo sufficiẽs: sed nimia estuatiõe intendit̃ esto desperatus: maxime virtute ente defecta: ꝛ sig° coctiõis nõdum apparẽte. ¶ Si in febribus vrentibus inflãmat̃ corpus inflãmatiõe multa: ꝛ per p̃ias etiã extrema: vñ cõpellunt̃ egroti discooperire pedes: ꝛ pedes non sint supcalefacti: ꝫ tepidi: aut frigidi signũ malum est respectu totius corporis q̃uis sit bonũ respectu pedũ. ¶ Dix̃ Jpo. 2° ꝓnosticor̃. Si dolor in capite acutissimus fuerit cuꝫ febre: ꝛ signũ aliud aliqõ malũ vel mortis apparuit: mors cito aderit: ꝫ si signum aliud mali non apparuerit: ꝛ dolor vsq̃ ad. 20m diẽ permãserit: neq̃ febris habuerit sanguinẽ de naribus expectabis: aut ap̃a aliqõ in interioribus corporis: ꝫ hoc adhuc tenẽte sanguinẽ de narib9 expectabis: maxie cũ dolore timpora ꝛ frontẽ nõ relinquẽte. ¶ Dixit Hal. in ꝓmẽto. q̃ iste sermo Jpo. est sine ordine: sed ordinatio eius est ista. Cũ fuerint in corpore dolores vehemẽtes assidui cũ febre. Si vero cũ illo fuerit aliqõ signor̃ mortis: tunc illud erit mortale valde. Sed si supuenerit ex istis rebus q̃ euadat infirmus tũc expecta illi fluxũ sanguinis nariũ a p̃ die vsq̃ ad 7m. Qr si tps plus extẽdit̃: tunc expecta illud. expecta ẽt sanie: q̃ currit de naribus qbus fit euasio infirmi: ꝫ si permaneãt isti dolores in capite vsq̃ in diem 20m: tũc expecta ẽt fluxũ sanguinis de narib9: verũtñ istud nõ fit nisi raro. Egressio aũt sanies ex narib9. supple vel aurib9 aut euẽtus exiture in partib9 inferiorib9 accidit multotiẽs in illa hora: ꝛ qñ tu expectas fluxũ sanguinis de narib9: tũc addẽt in spẽ tuã dolores accidẽtes versus timpora ꝛ frontẽ. ¶ Dixit Auic. p̃ª tertij. cº. de soda cõitatis. cuꝫ in febrib9 acutis fit soda fortis ei9 fortitudo est signũ malũ: imo ꝛ pnitiosum cũ reliq̃ signa sunt mala. nã cũ pseuerat cũ alijs signis malis signiat cerebri apostemationem ꝛ vltimationem in malitia. ¶ Et 1ª quarti. dixit. qñ dolor capitis perseuerat: ꝛ virtus est debilis ꝛ egritudo acuta ꝛ sũt illi signa mala: tũc egritudo illa est mortalis: ꝛ si nõ fuerit sic. tũc expecta vsq̃ in diẽ. 7m fluxũ sanguinis nariũ: ꝛ post 7m aliquid curret ex nare vel aure. s. sanies: ꝛ si pseueraverit vsq̃ in 20m: pararet̃ tunc resolo per fluxũ sanguinis nariũ: q̃ indicatur q̃ mã est grossa inepta per ipsum eũari: sed erit per saniẽ currẽtem: aut ex naribus: aut ex aurib9: aut per exiturã: ꝛ ꝓprie inferius. ¶ Dicũt quidã. q̃ dolor pot esse absq̃ ap̃ate: ꝛ tunc exponũt q̃ dixerunt H. ꝛ Auic. saniẽ. i. hũiditatẽ q̃dã albã simile saniei: ꝛ nõ est q̃ sit vera sanies. ¶ Et dixit Jpo. saniẽ de naribus expectabis plus in his qui sunt minus. 35. annor̃: ꝛ ap̃a magis in his qui sunt amplioris etatis. Et cã in his dixit Hal. in cõmẽto. q̃ generatio sanguinis in hac etate vsq̃ quo cõsequat̃. 35. annos est multa: ꝛ est cum hoc in hac etate calidior: ꝛ colera est sup̃ eum magis vincens: ꝛ sanguis cuius est hec dispositio est magis aptus ꝛ cõueniẽs ad hoc: vt natura faciat accidere fluxum sanguinis narium: ipse etiã in consuetis habere ipsum facilius ꝛ frequẽtius aduenit. ¶ Cũ apparuerint in febribus nõ deficientibus signa future crisis: ad que postea crisis non sequit̃ mortale erit: significat enim ãe inobediẽtiam ꝛ virtutis imbecillitatem multam.

¶ De significatis sumptis ab apostematibus membrorũ exteriorum. Lap̃. xlvj.

¶ Asis 16° continentis. auctoritate Hale. dixit summarie q̃ omne ap̃a accidens in glandulis. s. ꝛ alijs partibus corporis a p̃n cipalibus remotis habens causas p̃mitiuas ꝛ omnis febris habens causas p̃mitiuas salubria erũt: ꝫ oẽ ap̃a carens cã p̃mitiua malũ est valde: ꝛ sit̃ febr. ¶ Dix̃ Jpo. 4° affo. In buboníb9 oẽs febres ma-

le exceptis effimeris. ¶ Dixit Aui. 2ª ḡrti. cū febris acuta ꝓuenit. i. terminatur titilicoꝝ ⁊ extremitatuꝫ apatibus est deterius q̄z vt sint ꝓius illa apata. deinde sequat ea febris scilꝫ putrida. Quidā aūt dicūt. s. effimera: q̄uis dixit Aui. intelligēs de putrida: istud iterū sit malū. ¶ Dicunt. q ad apa emūctorioꝝ vel alioꝝ extrinsecoꝝ mēbroꝝ terminantur aliqñ febres acute: que tñ terminatio nō est oio salua: vt voluit Gal. 2° de crisi. ⁊ ad apata extrinseca aliqñ sequitur febris: que si est effimera est salua: sed si est putrida est mala. ¶ Dixit Aui. 2ª ḡrti. apata que accidūt in radice auris: ⁊ nō maturant cū sanioſitate sunt mala: aut que nō sequit aliqua de eūonibus fortibus malum est signuꝫ: ⁊ tñ non opꝫ iterum: vt fiducia habeatur cum maturatione accidit exitura: ⁊ reliq hūores sunt indigesti. illud. n: non est suffi/ciēs: sicut ista. s. cum apa maturat ⁊ alij humores sunt digesti. Et dixit. ⁊ accidūt multotiēs. s. exiture ⁊ existimat in declinationē esse ⁊ interficiūt. ¶ Dixit Raſ. vbi. s. ex 20° epidimiaꝝ. Dis febris post apa carnis mollis ⁊ similium mala est. nisi cā apatis fuerit ꝑmitiua. Et oē apa huius generis si fuerit post febrē pei⁹ erit febre si post eā accidit in ꝑn°: ⁊ quotiens etiā fuerit declaratio. ¶ Dixit Gal. cognosco virum cuius morbus existimabatur q declinauerit ⁊ passus apa i carne molli ⁊ abundauit sup euꝫ febris cum acuitate ⁊ perseuerauit donec fuit mortuus. dixit ergo q apa accidens post febrē malū est si in ꝑn° morbi fuerit: aut qñ existimat q febris sit in declinatione: quia erit ex apate in viscēribus: vnde si cū eo virtus debilis fuerit.

¶ De significatis sumptis a pustulis. Cap. xlvij.

GAlenus dixit in libro de signis mortis vt scripsit Rabi in 6ª particula. pustule cū apparēt in lingua similes granis pē tali nigre signiant egrū viuere duobus diebus. Et dixit. cū appet in digitis manuū i quacūq; febre apa nigrū simile grāo orobi cū nimio dolore significat egrū mori in q̄rto die. s. post apparitionē eius. ¶ Et Aui. dixit. 2ª ḡrti. dī q si fuerit febris quelibet ⁊ apparuerit super digitos vtriusq; manus simul apa nigrū sicut granum orobi cū dolore vehementi. morietꝫ in 4° ⁊ accidit ei grauitas ⁊ ꝓfunditas somni. Si aūt nā cōstringit accidet cum hoc hydropisis: ⁊ qñ ꝛstringitur iō donec fiat lapis. ¶ Et dixit Aui. pustula ciceralis nigra in febribus acutis ē valde mala: ⁊ qñ venit in fine: ⁊ cū hoc tardat siue morat: mori habēs eam in 2° die. ¶ Et dixit Aui. dī q qñ apparet super genu infirmi aliqō nigrū simile grano vue nigre: in cuius circuitu sit rubedo morit cito: q si ꝓcedat vsq; in. 5. die tunc signum mortis eius est ⁊ sudabit sudore frigido: ⁊ q qñ apparet super venā que est in gutture aliqō silē grano alcherua cum variola alba magna ⁊ accidit ei desideriū rerū calidarū morit in 2°. s. post apparitionē predictoruꝫ. ¶ Dixit Rasis i6° ꝓti. Si in acuta febre puncta quasi miliū apparuerint in corpore malū. tarditatē. n. signiant mäe adhuc in morbo digerende. Si aūt fuerint grādiuscula minus malū erit. ¶ Et dixit: q̄z in carne apparens ꝑus pustula rubea: deinde ad viriditatē vel nigredinē cōuertit malū: qñ iam extinctionē calitatis inate signiare vī. ¶ Et dixit. ꝓuritus pustule scabies impetigo quotiēs accidūt in personis sanis signiant corruptionē humoruꝫ: ⁊ per ꝛtrarium in nō sanis: ⁊ ꝓprie post digōnē cū significent tunc q sunt ex crisi. Dicunt. si ante digōnē euenerint signiant humoruꝫ corruptionē vt in sanis. ¶ Et dixit. quotiens in egro in cute sunt pustule inspicere debes an ex via crisis ⁊ expulsione näe sint: an ex alia causa. Et inspice q si vrina ⁊ egestio reuerse sint ad dispōnē nālem earū tunc in parte occulta: i. interiori purgatum est de humoribus corpus malis. vñ confortādū est: sin āt eūandū erit. ¶ Et dixit in i7°. in cura sinoce si apparent in corpore blacce: i. puncta minuta in modum morsus pulicum recede ab eius cura.

¶ De signis sūptis ab apatib⁹ vētris iferioris. Ca. xlviij.

HYpocras ꝑ ꝓnosticoꝝ dixit. acuta existente passione alectio. i. apa calin si affuerit in hypocūdrijs cū dolore ⁊ tumore: vt ambas teneat partes malū est. Si autem in altera tñ eaꝝ tunc que est in sinistra est melioꝛ. i. minus mala. est enim eius malitia minoꝛ ꝓpter splenē: sicut exītis in dextra malitia est maioꝛ ꝓpter epar. Que vō cōꝛehēdit duo latera simul deteriōꝛ est illis ambabus. ꝑdicta collectio dicit alia translatio signiat in ꝑn° rei timorē mortis subite. Et silr dicit i6° ꝓtinē. Si ergo in ꝑn° subitā mortē nō intulerit: sed vsq; in 20. diē permanserit neq; febris deciderit neq; doloꝛ defecerit in pus cōuertet: hoc aūt apa i6° ꝓtiñ. dicit apa flegmon solidū ⁊ spissum: qō dicit inducere in ꝑn° mortē subito. nō quidē simpliciter: sed respectiue ad morbos cronicos. Et sic voluit q si patiens moritur ante 20m diē q moriat subito. i. cito. Et nō intellexit Ipo. de apatibus que fiunt in lacertis mirach ventris: ſz de eis que fiunt in mēbris intrinsecis sub mirach: q⁹ vt dixit G. in cōmē. Apa lacerti mirach nō facit accidere mortē nisi fuerit magnū valde aut nisi fuerit virt⁹ infirmi debilis aut nisi ceciderit erroꝛ in curatione medici vel infirmi vel alioꝝ: humoꝛ eniꝫ faciēs apa calidū si vincit virtutē aut cū q̄ſitate aut cū qualitate sua aut effunditur ad aliq̄ mēbra nobilia. Dixit Gal. in cōmē. seq̄t illud ꝑ culdubio moꝛs subita. Aut supet eū nā ⁊ resoluat ipm in fine victoꝛie. s. cōplete aut incōplete. Et tunc accidet ei vna duarū rerū. s. aut vt resoluat ⁊ expiret qō in eo fuerit calm ⁊ subtile ⁊ inspissetur ⁊ indurek qō in eo fuerit grossuꝫ: q̄re sequit illud sedatio doloꝛis qui est in loco appēso ⁊ qes doloꝛis: ⁊ remaneat qō est in apate lapidosum qō neq; resoluit neq; mutat. Aut vt nō respiret ex eo aliqd: ſz moꝛe tur donec maturet in aliqua hoꝛaꝝ. Et maturatio huiꝰ est ꝑm q̄litatē eius: ⁊ cū fuerit istud nō qescet febris neq; ꝛsumet apa. ⁊ hoc etiā est ꝑm duos modos. s. aut vt vincat ipſz vtus ⁊ resoluat ipm: q̄re fit sanies. Aut vt nō possit solue/re ipm ꝓpter debilitatē suā: q̄re putrescit ⁊ coꝛrūpit: sicut accidit in coꝛporib⁹ mortuoꝝ. Recte ergo dicit Ipoc. q si febris ꝑmanet ⁊ non qescit apa q cōuertit esse ad pus: qō est: q⁹ qes apatis sequit resolōnē humoris faciētis ipm: ⁊ quies febris sequit respirationem rei calide ex eo qō est in apate: cām aūt q̄re posuit Ipo. in ꝛgregatiōe saniei in istis apatibus diē 20m. dixit Gal. iā narraui in tractatu 2° libri mei de diebus creticis. ¶ Et subdit q huic acute egritudini. s. cum dicto apate solet in ꝑmo periodo. s. infra. 7m. diē fluxus sanguinis ex narib⁹ vtiliter supenire: nam ꝑ ipsum iuuat valde: q̄re ad hoc significandū est perquirendum an doloꝛ adsit fronti ⁊ scotomia: q̄ si fuerint fluxū sanguinis ex naribus annunciabis: ⁊ vt dixit Ga. in cōmē: hic fluxus sanguinis accidit ꝑprie in apate epatis ⁊ splenis: ⁊ laudauit Ipo. in alio loco fluxū sanguinis qui fit in laterei quo est apa: ⁊ vituꝑauit illū qui fit in latere oppositō illi⁹ sicut si splē apatus fuerit ⁊ eueniat sanguis per narē dextrā. illō eni nō est laudabile. Qō aūt dixit Ipo. in ꝑ. piodo. s. cretico ⁊ est dies. 7⁹ polē etiā est vt eueniat in 2°. periodo: qui est dies. i4. ⁊ polē etiā vt eueniat in periodo quartanoruꝫ: ⁊ accidat in die. 4°. aut. xi°. Et dignus est. dixit Ipo. vt accidat iste fluxus sanguinis ex naribus in his in quib⁹ etas est. 35. annoꝛum. Aut vt dicit alia trāslatio infra. 35. annos: qō est. dixit Gal. in cōmēto: q⁹ sanguis est in hac etate multus vtus fortis ⁊ caliditas multa. Et dixit Gal. in cōmēto q fluxus sanguinis narium accidūt magis: qñ apa fuerit in altioꝛi loco. maxie aūt cōpetit dictus fluxꝰ sanguinis nariū qñ fit a virtute expellēte ipm maxie in die cretico. Cōpetit etiā qñ fit ex abūdātia mlti sanguis: aut qñ fit ex mā repulsa ad locū nariū a loco apatꝰ ꝑ appōnē repellētiū sup loco. ⁊ q̄uis ista apata sint ſb diafragmate: tñ fluxꝰ sāguis

narĩũ cõpetit eis plus: q̃ fluxus emoꝛoyd̃aꝝ: q᷑ eoꝝ mä ẽ
ſubtilis caľa apta ferri ſurſum pluſq̃ deoꝛſuz: ⁊ qñ fluit ex
pte opp̃ⁱᵃ eſt malũ. q᷑ ſigñat exuberãtia mäe ⁊ vtutis de/
bilitas. nõ potẽtis eũare ꝑ ꝓpinquã ⁊ magis ꝓuenientem
regionẽ: nã ⁊ mä qñ eſt in fluxu adhuc: lz debebat trahi ad
diuerſuz: qñ tñ eſt in loco collecta oz trahi per eãdẽ partez.
In coꝛpe tñ plectoꝛico bonꝰ eſt fluxꝰ ex vtraq̃ nare. ℂ Di
cũt. in ap̃ate colerico plus accidit fluxus ſanguinis nariuz
q̃ in ſanguineo: q᷑ colera ſubtilis eſt ⁊ leuis apta aſcẽdere
⁊ eſt acuta: vñ rũpit ⁊ apit oꝛificia venaꝝ: non aũt ſic ſan/
guis: ⁊ tñ in febꝛe ſanguinea accidit fluxus ſanguinis na/
rium pluſq̃ in colerica: ⁊ cã eſt: q᷑ in ap̃ate mä eſt collecta
in vno loco. ſed in febꝛe eſt diſperſa per totũ coꝛpus. ⁊ rũ/
pit ⁊ apit venas ſua multitudine: mõ ſanguis eſt mult᷒ ſu/
ꝑa colerã. ℂ Dixit Ipo. ibidẽ. q᷑ ſi ap̃a predictoꝝ locoꝛuz
fuerit molle leue vndimioſuz qõ ſub tactu eſt mutabile cõ/
tingit egritudinẽ terminari. ſ. mõ p̃dictoꝝ: tñ in p̃dictis ſe/
pius: verũ dicit alia trãſlatio. criſis eiꝰ erit tardioꝛ. ꝑm q᷑
hoc ap̃a minoꝛis eſt audacie q̃ ap̃a calĩn ſuꝑadictũ qõ cõ
tingit ꝓ viã criſis ſepiꝰ terminari q̃ iſtud ap̃a molle qõ eſt
etiã abſq̃ dolore ⁊ nõ eſt mutabile ſub digito qñ p̃mitᷓ ſu/
ꝑa ipz niſi qñ in cute eſt mollities. tunc. n. ſubmergitᷓ ſub
digitis qñ p̃mitᷓ ſupipm. Et q᷑ hmõi ap̃ata accidũt a flãte.
iõ dixit Gal. in 2ᵐ᷒ q᷑ plongaꝝ ſpatiũ eoꝝũ: lz timoꝛ accñs
ab eis eſt minoꝛ. Et cã in lõgitudine ſpatij ipſoꝝ eſt frigi/
ditas vehemẽs ipſoꝝ: qm̃ maturatio nõ cõpletur niſi ꝓ cali
tatẽ: ⁊ cã in paucitate timoꝛis eoꝝ eſt q᷑ cũ eis nõ eſt doloꝛ:
q᷑ doloꝛes ꝓſternũt vtutẽ. ℂ Subdit. ergo in ℔ ap̃ate mol
li. Ipo. q᷑ ſi ſic vſq̃ in ſeptimũ diẽ ꝑmanſerit: ⁊ febꝛis non
defecerit in pus ꝓuertet. Oẽ. n. ap̃a in p̃dictis locis diutur
nũ in p̃dictis locis ꝓuertitᷓ. Dixit Gal. in 2ᵐ᷒ q᷑ ſicut ap̃a calĩn
in 10. die nõ reſolutũ in pus ꝓuertitᷓ: ⁊ frigidũ i. co. ſiliꝛ erit
de ap̃ate medio inter p̃dicta q᷑ niſi reſolutuz fuerit in. 40.
die in pus ꝓuertet. Et ſiliꝛ ꝑm hũc modũ dixit. Ipo. iudica
bitᷓ oẽ ap̃a circa ventrẽ oꝛtũ: ⁊ cõpando iter ap̃a ſolidum
doloꝛoſum: ⁊ ap̃a molle ſine doloꝛe. dixit Ipo. Ap̃a ſolidũ
cũ doloꝛe verendũ eſt ⁊ cito moꝛtiferũ: qõ vero eſt molle ſi
ne doloꝛe ⁊ ſub tactu curſibile tardiꝰ moꝛtẽ inducit. ℂ Et
dixit. q᷑ ap̃a circa ventrẽ minꝰ humiditatis colligit. q̃ qõ
in hypocũdriis ſed minime oĩum qõ ſub vmbilico accidit.
ſup. ⁊ quãto plus inferius accidit tãto minꝰ colligit: ⁊ ſiliꝛ
minoꝛis eſt ſuſpitiõis ⁊ ſaniationis: imo qõ eſt ſub vmbili
co. vt dixit Gal. in cõmẽ. nõ ꝓuertitᷓ in ſaniẽ niſi raro. Et dixᷓ.
q᷑ aggregatio ſaniei in ap̃atibꝰ hypocũdrioꝝ eſt velocioꝛ
⁊ plus q̃ z in ap̃atibꝰ vẽtris ꝓpter caliditatẽ hypocũdrio/
rũ: ⁊ ꝑm plongationẽ ap̃atũ ab hoc loco eſt diminutio ag/
gregationis ſaniei ab eis ⁊ paucitas illius. ℂ Dicũt quidã
q᷑ partes hypocundrioꝝ citius ap̃anᷓ q̃ partes vẽtris ꝓ/
pter caliditatẽ ⁊ humiditatũ eaꝝ maioꝛẽ: vẽter enĩ cõpara
tiõe eaꝝ frigidus eſt ⁊ ſiccus. Alij vero dicũt oppoſitũ: q᷑
cũ hypocũdria mẽbꝛa ſint nobilioꝛa ventre nã de eis plus
ſollicita eſt: ⁊ magis defendit ea: ⁊ ipſa ẽt hypocũdria ſint
calidioꝛa vẽtre caliditate nãli. ⁊ ſic ad repellendũ a ſe mãs
fortioꝛa. Dñt tñ iſti q᷑ ꝑſuppoſito q᷑ circa hypocundria ⁊
ſiliꝛ circa vẽtrẽ eq̃lis fluxerit mã in q̃ntitate ⁊ q̃litate q᷑ citiꝰ
ap̃aᷓ hypocũdriũ q̃ vẽter: ex quo nõ obſtãte ſollicitudine
nãe ⁊ vtute eoꝝ fortioꝛi fluxit ad ea tantũ humoꝛis quãtũ
ad vẽtrẽ: citius etiã in eis ꝓpipſoꝝ humiditatẽ ⁊ tenerita/
tẽ inbibẽtur hũoꝛes q̃ in vẽtre. ℂ Et docẽs Ipo. ſigñare
ex forma ap̃atis dictoꝝ locoꝝ. dixᷓ. opz te attẽtũ eſſe in his
qui cõputruerint ꝑm hunc modũ: nã qõ eminet ⁊ oĩno ex/
tra ⁊ minus intus eſt ⁊ pacutũ. i. acuti capitis eſt laudabi/
le: qõ vo ſpatioſuz. i. lati capitis ⁊ minime peracutũ peſſi/
mũ eſt. ſupplẽt quidã. qõ eſt paruũ melius eſt magno. Dixᷓ
Gal. in cõmẽ. q᷑ ap̃a hoꝝ locoꝝ aut eſt intꝰ ſub ꝛipbac: aut
eſt in aliquo lacertoꝝ ventris: ⁊ q᷑ eſt ſub lacerto ventris:
q̃ſq̃ eſt ſub vno duoꝝ pãniculoꝝ qui ſunt illi lacerto ⁊ nõ
declinat ad exterioꝛa ꝓpter viſcoſitatẽ ſuã ⁊ ſuã groſſitudi
nẽ aut ꝓpſpiſſitudinẽ pãniculi qui circundat illud: ⁊ qñ nã
conaᷓ expellere ſaniẽ a mẽbꝛis infirmis q̃ſq̃ conſequitᷓ in
illo finẽ ſuũ ⁊ cõplet intẽtionẽ ſuã ad quã intẽdit qñ inue/
nit poꝛos ꝓueniẽtes illi ſic canales. Sz qñ ſunt illi poꝛi ſtri
cti diſrũpit illos pãniculos cõprehẽdẽtes eã: vt dilateᷓ etiã
ei locus qui eſt ſub ea. Et manifeſtũ eſt dixit Ga. q᷑ illud in
quo aggregaᷓ ſanies ꝑm hũc modũ laudabilius eſt q̃ ad
exterioꝛa declinat ⁊ nõ ad interioꝛa. Et laudabilius hoꝛuz
eſt cuius locus q᷑ circundat ipm minoꝛaᷓ in latere ⁊ rema/
net ſtrictus hñs caput vnũ: cuiꝰ figura eſt ſicut figura pi/
nee: qõ eſt: q᷑ iſta ap̃ata ſigñant fortitudinẽ vtutis expellẽ
tis ſaniẽ ad exterioꝛa: ⁊ q᷑ ſanies nõ coꝛrũpit locũ magnũ.
ℂ Dicũt. q᷑ eſt parũ intus ⁊ multũ extra acutũ melius eſt
ꝓp tres cãs. ꝑma eſt q᷑ mẽbꝛa exterioꝛa ſunt interioꝛibus
ignobiliꝛa. 2ª eſt fortitudo vtutis eoꝝ potentis expellere
mãs vſus exterioꝛa. Et 3ª eſt citioꝛ ⁊ melioꝛ remedioꝝ ap/
proximatio ⁊ ipſoꝝ opatio. ℂ Et dixit Ipo. q᷑ eoꝝ q̃ intus
crepuerint ſi qua qdẽ exterius apparuerint peſſimũ: quoꝝ
vo nullũ ſignũ extra bonũ. Dixit Gal. in cõmẽ. Non dr̃ in
iſtis ap̃atibꝰ q᷑ ſint laudabiliꝛa ſermone abſoluto: ſed per
cõparationẽ ipſoꝝ ad alia q̃ erũpunᷓ ad interioꝛa ⁊ exte/
rioꝛa ſimul: qm̃ ipſa ſunt deterioꝛa illis q̃ erũpunᷓ ad exte/
rioꝛa: qm̃ eruptio eoꝝ eſt in ſublimioꝛi loco cutis q̃ eſt ſup
vẽtrẽ. Et eruptio iteꝝ q̃ eſt ad interioꝛa nõ eſt polẽ ponere
ſup locũ infirmũ medicinã: ſicut eſt polẽ illud qñ eſt ad ex/
terioꝛa. Et offenſio ſaniei eſt: qm̃ ad iteſtina nõ fit ſecuritaz
quin moꝛdicet ⁊ coꝛrodat ipſa: q̃re accidit inde in q᷑buſdaz
hoꝛis fluxus ſanguinis: ⁊ qñ effundiᷓ ſanies ad inteſtinũ
ieiunũ ⁊ alia inteſtina minuta nocet illud penetrationi ci/
bi ad epar: ⁊ qñ effundiᷓ ad ſtõum coꝛrũpit digõnẽ. Et dixᷓ
Gal. manifeſtũ eſt q᷑ deteriꝰ ap̃atũ huiꝰ loci eſt illud qõ rũ
piᷓ ad duo latera ſimul. ſ. interioꝛa ⁊ exterioꝛa: q̃re nocuᵐ
duplicaᷓ tũc: ⁊ nõ eſt nãe locus a quo icipiat gñare carnẽ.
ℂ Putredo aũt ſiue ſanies in his ap̃atibꝰ exiẽs. dixᷓ Ipo.
laudaᷓ illa q̃ eſt alba eq̃lis ꝓ totũ neq̃ eſt in ſupficie ineq̃/
lis neq̃ mali odoꝛis. que aũt eſt huic p̃ria mala eſt ⁊ peſſi/
ma. Dixit Gal. in cõmẽ. opz ne ſanies habeat odoꝛẽ hoꝛribi
lẽ: q᷑ odoꝛ vehemẽtis fetoꝛis ſigñat putrefactionẽ nõ ma/
turitatẽ: opz g᷒ vt odoꝛẽ habeat mediũ iter aromaticũ ⁊ fe
tidũ: q᷑ ſanies ꝓtim eſt facta a caloꝛe nãli: ⁊ ꝓtim a caloꝛe
ꝓter nãm: ⁊ dz ſanies eſſe alba. nã nã agẽs in mãm ſanian
dã intẽdit eã aſſimilare mẽbꝛis: ſed q᷑ mä illa eſt p̃ria nãe mẽ
bꝛoꝝ nõ potuit eã nã eis aſſimilare: lz fecit in ea qõ potuit ⁊
dedit ei coloꝛẽ mẽbꝛoꝝ q᷑ eſt albus: ⁊ q̃uis caloꝛ nãlis po/
tuerit ei dare coloꝛẽ: nõ potuit tñ ei dare odoꝛẽ aromaticũ
q᷑ facilius eſt dare coloꝛẽ cum ſit ab extrinſeco q̃ odoꝛem
vel ſapoꝛẽ q᷑ ſunt ab intrinſeco. ℂ Et q̃uis Aui. dixerit ꝑª
ꝑⁱ. q᷑ caloꝛ agẽs in humidũ denigrat illud. agẽs in ſiccum
dealbat: nõ obſtat q᷑ illud hẽat vitatẽ in fine actiõis ſue: lz
dũ adhuc agit ⁊ ꝓcedit agẽdo põt dealbare mãs hũidas ⁊
ſiccas denigrare. ℂ Laudaᷓ aũt ſanies a tertia vtute digeſti
na. ita q᷑ eſt hũoꝛ ꝓuerſus in ſcõaz hũiditatẽ: lz nõ lauda/
bilẽ ꝓ nutrimto mẽbꝛoꝝ. ℂ Et dixᷓ G. q᷑ ſanies gñaᷓ plus
in ſũmitate ap̃at̃ q̃ in baſi. q᷑ ibi ꝑus gñaᷓ vbi eſt mä ma/
gis ꝑata exitui. ℔ aũt eſt in acuto ſeu in ſũmo ap̃atis ⁊ nõ
in baſi: ex q̃ apparet q᷑ gñio ſaniei eſt ſucceſſiua ⁊ nõ ſubi/
ta: qõ etiã magis appet cũ ipa ſit ex opatione tertie digõiz:
cuiꝰ opatio eſt ſucceſſiua. ℂ Dicũt. q᷑ ſi ap̃a ſit in mẽbꝛo in
trinſeco hñte itra ſe ꝓcauitatẽ: de q̃ mä põt educi: tũc ſi illõ
bz terminari ꝑ eruptionẽ meliꝰ eſt q᷑ ipm ſit acutũ vſus in
tra q̃ vſus ex: q᷑ vbi eſt acumẽ: ibi dz fieri diſruptio: ⁊ iſta
mẽbꝛa ſũt ſicut ſtõus ⁊ iteſtina ⁊ ſilia. Si aũt ſit in alijs mẽ/
bꝛis nõ hñtibꝰ ꝓcauitatẽ interiꝰ: tũc meliꝰ ẽ vt ſit acumen
eiꝰ vſus exteriꝰ. ℂ Et dixᷓ Ipo. 3º ꝓnoſti. Ueſica doloꝛoſa
atq̃ rigida. ſ. ex ap̃ate caľo in ea febꝛe nõ deficiẽte malũ ꝓ
nũciat. magᷓ tñ cũ vẽtris ſtrictura. ⁊ cã i eo ꝓp iteſtiui recti

De ſania/
tiõe horuz
ap̃atum.

De ſanie
in his ap̃a
tibus lau
dabilit᷒ il.
laudabili.

De ſigni/
ficatis do
ri ap̃atuz
in bonita
te ⁊ mali/
tia.

ſtrictur̃ā:z ꝓpter dolorē veſice quo infirmus ꝓhibetur a conatu in egerēdo: verūtñ ſi ſupuenerit vrina quaſi pus cū hypoſtaſi ſoluit̃ dolor. hoc dixit Hal. in 2ᵘᵐ. qz qñ recipit ap̃a calm accſis in veſica matuationē effundunt̃ humores digeſti ad ſpaciū qō eſt in veſica z egrediunt̃ cum vrina: z oſtendunt̃ in fece ſigñones laudabiles. Sz ſi vria dix̃ Jpo. ſic ñ fuēit: z veſica ñ molleſcerit nz febr] ꝺfecerit, mors i p̃die aderit. ¶ Et ſ̃bdit Jpo. qꝺ lꝫ morbi ſpē ſpueris ap̃li⁹ a 7° anno vſqꝫ in 15ᵐ euenire ſolet. z cā eſt: dixit Ha. in 2ᵘᵐ qz multiplicāt pueri comeſtionē in hora in qua nō ꝓuenit ꝙre opz vt aggregetur in corpoꝛib⁹ eoꝝ multitudo humoris crudi. Cū ergo nā mūdificauerit hūc humorē oi die ad partes veſice: z currit ad ipſam in meatib⁹ vrine aggregat̃ illic z gñat̃ ex eo lapis in qbuſdā horis: z in quibuſdā ea ꝙ ab eo qō eſt in veſica gñat̃ egritudo ap̃atis cali: hoc tamē nō accidit niſi qñ aduenit veſice nocumētū magnū ex tranſitu horꝝ humorꝝ per ipſam. ¶ Et dixit Jpo. ibidē. acutis febribus exñtibus ſi dolor. ſ. z cā eius a lūbis z femore ad diafragma cōſcēderit faciēs. ſ. in eo aut in pectore ap̃a mortale eſt: tñ alijs ſignis ꝑuiſis ex quoꝝ pñtate vel paucitate diiudicabis. Si. n. mala ſigna nō appareāt ad ſanioſitatem ꝓueniet: z tua cōfortet̃ ſpes. Dixit Hal. in cōmē. Jpo. ꝓ ſermonē ſuū ſigñauit: qꝺ ſi egritudo p̃dicta deſcēdet ad pect⁹ accidet ab illa vna duaꝝ rerū. ſ. aut ꝓditio infirmi ſubito z cito: aut ſi fuerit egritudo in vltio bonitatis accidet ab illa ſanioſitas z diſcernitur inter eas ex reliqs ſigñonibus.

¶ De ſigñonib⁹ ſumptis ab ap̃atibus pectoꝛis. Ca. xlix.

Poſtema in ptibus pectoꝛis pōreuenire aut in pulmone aut in diafragmate aut pleura vel mediaſtino: z pōt ꝓuenire in ambob⁹ lateribꝫ pectoꝛis ſimul. ſ. dextro z ſiniſtro. z pōt ꝓuenire in altero dictorū duoꝝ laterū. ¶ Ad hoc aūt cognoſcendū. dixit Jpo. 2° ꝓnoſticoꝝ. ſi collectio in vno latere contigerit ꝙhoc in quo fuerit vtiliter percontaberis. nam ſi in altero magis caluerit: deinde iacere ſup alterū latue iubebis. Et pōdus in altero latere ſentiat interrogabis: z ex hoc ap̃a in vno latere: etiā nō in ambob⁹ iudicabis. dix̃ Hal. in cōmē. Ex anothomia ſcit̃ qꝺ in pectore ſunt pāniculi diuidētes ipſum in duo media: quoꝝ vnuſqꝫ tendit a toꝛace in os dorſi ꝙre fiunt in pectore due cōcauitates. Et per hoc qñ aggregat̃ in vno duoꝝ laterū eius ſanies nō trāſit ad aliud: z ꝓpterea p̃cipit Jpo. vt cōſideres ſaniē z ſpeculeris ſi eſt in duobus laterib⁹ ſimul: qñ eſt: qō eſt in ap̃atibus pulmonis cōuertit̃ ad ſaniē: aggregat̃ illa ſanies ꝓpꝛie in duab⁹ cōcauitatib⁹ ſimul: z nō in vna tm̃: ſed qñ aggregat̃ in pāniculo tegente coſtas. i. in pleura cōuertit̃ ad ſaniē tūc aggregatur illa ſanies in vno duoꝝ laterū tm̃: z ſigñat̃ ſup latus infirmuz ex duabus rebus: quaꝝ vna eſt additio caliditatis. nā ſentitur latus infirmū vehemētioꝛis caūtatis. Et 2ª eſt grauitas: qñ qñ tu facis iacere infirmū ſup latus alterū ſentit velut pondus ſuſpenſum in latꝛe ſuo ꝓpter ſaniei aggrauationem in latere illo. ¶ Poſtea Jpoc. poſuit ſigna empimatiſ: z dixit. ex ſignis horum que ſunt putrebilia cōiecturabis: qꝺ. ſ. ex eis empicos foꝛe ipſi ſunt: in quoꝝ corporibus ſanies aggregata eſt poſtꝙ eruptum eſt ap̃a: z iſta ſigna ſunt febris indeficiens: ſed in die modica: in nocte vō ſucceſſa: z ſudoꝛ multus z in tuſſiēdo falſa quies: nō enim dicit alia tranſlatio expuūt aliqd de quo ſit curandū: z oculoꝝ reditio. ſ. vſus intra: qꝺ ſubmergunt̃: z in eorum angulis ruboꝛ. Alia trāſlatio hz. z rubent eoꝝ gene z vnguiū cōſtrictio: qꝺ curuant̃: z digitoꝝ calefactio. ſ. manus z plus in eoꝝ ſūmitatib⁹ ſiue extremitatibus: z in pedib⁹ fiunt minuta ap̃ata que recedūt z faſtidiū patiunt̃: nō enim deſiderāt cibū: z per corpus veſice naſcunt̃ que nō maturātur. Dixit Hal. in cōmē. poſtꝙ rumpit̃ ap̃a pectoꝛis aggregat̃ ſanies eius in ſpacio qō eſt inter pectus z pulmonē: z qñ nō ſpuit̃ illa ſanies cū facilitate z velocitate cōuertitur diſpō eius ad ptiſim z moꝛit̃ infirmus qñ illud eſt: tunc adſunt ſigna dicta ab Jpo. ꝙ accidit febris cōtinua z aſſidua z augmētatio huius egritudinis ꝓpꝛie eſt in nocte. Et reddit Hal. cām illā quā reddidit de augmēto caloꝛis poſt cibū i ethica febꝛe: qñ iſta febris ethica eſt: z ſudoꝛ malus accidit eis ꝓpter debilitatē. ſ. retētiue: que. ſ. nō pōt ꝓuerte re nutriēs in mēbra: z qñ cibus penetrat ad coꝛpus reſoluitur in ſudoꝛē: z accidit ei deſideriū tuſſiendi: ſicut accidit ei ſimile vomitui: ſed nō ꝓꝛicit aliqd cui ſit ꝙtitas: qz ſi ꝓꝛijceret nō remaneret empicus. z cāe ꝓpter ꝙs nā nō expuit aliqd cui ſit ꝙtitas ſunt tres. vna eſt viſcoſitas ſaniei z eiꝰ groſſitudo. 2ª eſt ſpiſſitudo pāniculi cōtinuantis pulmonē. z 3ª eſt debilitas infirmi z oculoꝝ ꝓfundatio eſt accſis qꝺ cōcat oībus hūtib⁹ febꝛes cronicas z ꝓpꝛie qñ ſiccitas eſt ſiccitas mānifeſta. Ruboꝛis aūt genaꝝ cā eſt caūtas q̃ eſt in pulmone z tuſſis: qñ enim iſte due cāe ſimul cōiungūtur rubificāt faciē z totū caput: qñ ad ipm eleuant̃ vapoꝛes ex materijs que ſunt in pulmone. Et curuatiōis vnguiū cā eſt liquefactio carnis que ſtringit eos z retinēt eos a duobus laterib⁹ ſimul z digiti calefiunt: ꝙuis enim in oībus cronicis egritudinibus infrigident̃. in febꝛe tñ ethica calefiunt: qñ gñio harū febꝛiū eſt in mēbris radicalib⁹: z caūtas: extendit̃ in extremitatibus digitoꝝ intus in loco carnoſo nō exterius: qñ appoſitio caliditatis multiplicabit̃ in loco in quo eſt humiditas plus. dicunt. cā calefactionis digitoꝝ eſt qz iſte partes ſunt hūmidioꝛes alijs: quare plus intenditur caloꝛ in eis ꝙ in alijs cū habeāt ibi humiditatem in quā pōt agere. Inſup mēbra ethica nō poſſunt viuere z cōuertere nutrimētū. vñ refugit caloꝛ ab eis ad extremitates: ſicut ꝑz in hūtib⁹ Rōm frigidū z patiētibus indigōnē: z iterū ab hoc nutrimento eleuant̃ fumi calidi veniētes ad extremitates. ſ. vole manuū z plāte pedū calide: z maxime pulpe digitoꝝ: qz ſunt magis humide: pōt ergo in ethicis frigeſcere manus: ſz nō vola z pes: ſed non planta: ſicut in alijs cronicis febꝛibus cōtingit extremitates frigeſcere ꝓpter paucitatē ſpūs z caloꝛis: z qñ ꝓlongat̃ tēpus. Dixit Hal. in cōmē. ap̃ant̃ eoꝝ pedes: qñ moꝛs totius coꝛporis incipit illic. ſ. a pedib⁹ ꝓpter lōgitudinē eoꝝ a mēbꝛo in q̃ eſt initiū vite pluſqꝫ reliqua mēbra. Dicūt quidaz. veniunt ad pedes fumi mali a coꝛpoꝛe: z in eis aliquātulū moꝛant̃ faciētes in eis ap̃ata. ſed nō cito deſcēdūt. z tunc quidem dixit Hal. deſtruit̃ deſideriū eoꝝ: qñ virtus digeſtiua ſtōi moꝛit̃ cū alijs vtutibus. Faſtidiū etiā cauſat̃ in eis ꝓpter mām malā veniētē ad os ſtōi. Et dixit Hal. veſice eueniunt in coꝛporibus eoꝝ ꝓp aggregationē humoꝝ coꝛroſiuoꝝ. dixit enim Jpo. in libꝛo epidimiaꝝ gñatur ſub cute virus qō cū retinebit̃ illic calefiet: z virus hoc penetrat in partes cutis plus raras. Cū ergo peruenit ad ſupficiē cutis apparentē ꝓhibet̃ a penetratiōe ſua: qz eſt ſpiſſum valde: z ꝓpterea vides ipm coꝛrūpere has partes extrinſecas. Cum ergo agrregat̃ in loco qui eſt inter duas laminas gñat veſicas. ¶ Ap̃atū aūt in qbus ſanies colligit̃. Dixit Jpo. que dā. in. 20. quedā in. 40. z quedā in 60. ruptura differūt. Et ad hoc ſciendū. dixit Jpo. opz medicū diem principij non ignoꝛare: z in qua hoꝛa coꝛpus ꝓmū habuit calere aut frigere aut per infirmū. ſup. vel alios cognoſcere qñ z qūo cepit in eodē loco calere z punctiones ſentire. hec tñ ſunt ꝓma collectionū indicia: z qūo cōputādi tibi erunt dies: z hinc eruptionē ap̃atum expectabis in p̃dicta tēpoꝛa: nam qñ mā calida fuerit z ſanguinea z collecta in loco calido: tunc ruptura expectabis in. 20. die. Si vero frigida z maxime melica z in loco frigido tūc in. 60. Si vō mediocris fuerit tūc in. 40. dixit Hal. in cōmē. qꝺ eoꝝ ſpecies ſunt due q̃ diuerſificant̃ in tpe rupture: quarū vna eſt ſm mēbra ap̃ata. z alia eſt ſm humiditatē predominantē: z ſm mēbra quidem: qñ vnūquodqꝫ mēbrū qō eſt calidius z lenius eius ſanioſitas

De ſignis empimatis.

De ſanis tione hoꝝ ap̃atum z eoꝝ eruptione.

